...ciones J... Meditationes

I

IESVS ...

...re novi... ...et in æternum.

...ccal...

... me fac...

Imprimatur ...

...exit Dominus viam ... et ...

...belis acerba quadam
...stes animi cauere morsus
...te facias nimis sodalem
...bis magis et minus dolebis.

...[illegible]

...[illegible] cum ... faciunt ...

...e Mater Polonia

...

Meditationes Fr. A. Karpowski
Ord. S. Ph.

N. Inw. 7113.

Si Vitare Velis acerba quaedam
Et tristes animi cavere morsus
Nulli te facias nimis Sodalem
Gaudebis magis et minus dolebis
Caute Spondeas pro Amico tuo
Et Secretum ex proprio ne reveles
Ne forte insultet tibi cum audierit
Et exprobrare n. cesset.

BREVE COMPENDIUM MEDITATIONUM PRO VIA PURGATIVA ILLUMINATIVA ET UNITIVA

Usq adeo excelsa ac sublimis est mentalis Orationis
Exercitatio, Ut praecipuus eius Doctor ductorq alius esse
nō possit, qm̄ Divinus ipse est Spiritus. Eius inspiratio-
ne, S. Patres et didicerunt eam, et eiusdem utiliter
exercendae, multa magni momenti merita, et praecepta
nobis reliquerunt.
Haec praecepta dedi ego breviter, clare atq distincte
in Abecedario, quod quisq et intelligere et facile in
usum deducere potest. Ut tamen praedictis praeceptis ac-
commodatam et dispositam (Materiam Juniores iuxta
tres vias Purgativam, Illuminativam, et Unitivam) habe-
ant, subsequentibus meditationibus eam subministra-
bo. Te Lector rogo, ut si quid hic legas, quod placeat,
non mihi tribuas peccatori, et inutili servo, sed Deo
Largitori omnia tribue, a quo omne bonum et donum
emanat.

MEDITATIONES



De Via Purgativa.

Materia Meditationum viæ purgativæ de qua hic agere aggredimur, versatur circa finem ad quem conditus est homo; item circa gravitatem peccati; item circa passiones et tentationes. Item circa 4. Novissima aliaq' motiva contritionis. De singulis dabo aliquot Meditationes. Quamvis autem hæ Meditationes ad solos Incipientes proprie spectare videantur, qui pravas propensiones prorsus extirpare conantur: nihil tamen alienum, etiam Proficientes, imo et Perfectos hasce Meditationes interdum resumere: quibus tam à potentibus et quotidianis se purgent; tum de gravioribus delictorum venia securiores reddantur.

MEDITATIONES

De Fine ad quem homo conditus.

Meditationes istæ principium sunt, et totius vitæ spiritualis fundamentum. Ante omnia enim, ut inquit Cassianus, oculi mentis infixi professionis nostræ finem sunt conjiciendi. Quare omnes, qui in aliqua trium viarum versantur, mentis se in his Meditationibus frequenter exercere debent; quia omnes illæ ad unum eundemq' ultimum finem ducunt.

Meditatio I.

De opere Creationis hominis.

Præludium Imum. Imaginare te videre Deum in Throno immensæ Maiestatis residentem, tanquam mare immensum.

immensum, ex quo omnes creaturæ prodeunt et recedunt; tanquam ad ultimum perpetuæ suæ quietis finem et locum.

Præludium 2um. Pete suppliciter lumen cæleste, ad verum tuum finem cognoscendum, liberumque distortam in eum dirigendam.

Punctum 1mum. Considera nihilum ab ipsa prius quam Mundus creatus esset: ubi et quid tum fuerit, hæc vasta Machina, Reges ac Principes, homines omnes, et tu, et quæcunque mundi ambitu continentur. Ubi plerique, ubi tu post breve tempus futurus sis in omnem æternitatem? Admiratio.

Punctum 2um. Considera quod cum nihil esses, nec esse quidem ex te posses, Deus Optimus Creator tuus, cum te in tuo nihilo relinquere posset, ut infinitas alias creaturas reliquit ab æterno, tamen de te cogitauit, et te voluit condere, reque ipsa ex illo nihilo eduxit, et condidit, et in amplissimo mundi theatro collocauit, idque non ex necessitate sed, sed ex mero amore tui. Admiratio. Gratiarum Actio. Amor.

Punctum 3um. Considera quales te Deus condidit. Imo non lapidem, non equum, non vermem, sed hominem, creaturam rationalem omnium aliorum corporalium dominam. Adde. Hominem non stultum, cæcum, claudum, surdum, etc. sed sanis et integris membris

quinque sensibus Editum. 3tio. Atque animã In-
tellectualem, Intem, tribus potentijs, Intellu memoria, et
voluntate instructam. 4to. Ad imaginem et simili-
tudinem suam: hoc est sdm animam purũ Spiri-
tum, oculis invisibilem, in loco indivisibilem, et-
iamsi sit in Mortali Corpore, Immortalem; Liberũ
arbitrium hntem, capacem sapientiæ, scientiæ, virtu-
tis, gratiæ, beatitudinis, et oium donorum tam na-
turaliũ, qm supernãalium. Affectus qui supr.

Meditatio. II.

De fine, ad quem hõo creatus est.

Præludia ut supra.

Punctum 1mum. Considera finem ad que con-
ditus es; nimirum, nõ propter te aut solum ut divias vel
tibi divas, tuisq commodis, appetitoribus gloriis
honoribus, servias; neq ut dignitates opes, volupta-
tes propria excellentiam, aut aliud quid creatũ
secteris: sicut enim non es à te, ita non es condi-
tus propter te, sed propter deum, ut eũm duntaxat
in mortali hâc vita venerareris, laudares, amares,
mandata eius servares, eiq serviris, quo tandem,
æternam vitam apud eũ consequereris. Admirao.
Grãarum actio, Amor. Confusio et dolor. quod
finem tuum nõ consideraveris

Punctum 2dum. Considera, qm sit Nobilis
finis tuus servire deo; qm utile tibi, amare
deum

Deum, et unum spiritum esse cum eo, et aeterna frui felicitate; qua facile nihil enim impossibile vel adeo arduum, et intollerabile suscipitur. Amor. Desiderium. Punctum 3tium. Considera, quam negligenter hactenus ad hunc tuum finem respexeris, qui ita vitam tuam instituisti, quasi non ad serviendum Deo, sed cupiditatibus tuis indulgendum conditus esses, ad honores, voluptates, propriam excellentiam, vanitatem, divitias sectandas natus: Ut tot propterea te sceleribus maculaveris, quasi finis tuus non Deus esset, sed immunditia. Ut autem praedicta clarius perspicere possis, examina te, quid hactenus tuis cogitationibus, affectibus, verbis, colloquiis, studiis, occupationibus, aliisque actionibus et omissionibus, sive in saeculo, sive in Religione, sive in pueritia, sive in Adolescentia, quolibet die et loco intenderis, et quaesieris. Confusio. Dolor. Timor, Horror, Propositum.

MEDITATIO. III.

De fine ad quem caeterae creaturae conditae sunt. Praeludia ut sup.

Punctum 1mum. Considera Deum creasse caetera omnia, ut tibi ad tuum finem Ultimum consequendum, adiumenta essent. Omnia enim tam, quae in Caelo, quam quae in terra sunt, ...tam spiritualia

qua Corporalia, te ad eius cognitionem, amorem, memoriā, cultumq. aliaq. necessaria ad eius obsequiā ꝓberit: ita ut omnium Creaturarum usus eo tendat, ut deus glorificetur. Ex his

Disce 1mo. Quam munificum se et liberalem deus erga te declaraverit, dum enim tuum usum, tanta admirabilium creaturarū varietate creavit, quas tibi servit nō solum ad vitae conservationem, sed et ad voluptatem visus, auditus, aliorumq. sensuum.

Disce 2do. Quam exacte una quaeque creatura ex dei ordinatione finē suo, cui quem e condita, insistat, tibij serviat. Cum contra tu, finis tui oblitus, eisdem creaturis, non ad obsequium, sed ad offensionem dei abutaris. quo merito eorum usus tibi auferetur. Gratiarum Actio. Dolor. Confusio. Propositum.

Punctum 2dum. Considera. Quod licet omnia sint creata, ut tibi ad tui ultimū finem consequendum, adiumento forent tamen nō eodem modo, ad eundem finem tibi sunt utilia. Alia enī sunt, quae prosunt, et nunquam obsunt. ut Angeli, Caeli, Sacramenta, Gratiae, Auxilia, inspirationes, Media perfectionis. Et alia sunt, velati indifferentia, quorū usus neq. ordinarie nocet, neq. notabiliter utilis est ad finem consequendum, ut pulchritudo, ingenium, sanitas, divitiae, honores, nobilitas: paupertas, deformitas, ruditas, generis humilitas, etc. Alia deniq.

sunt

Sunt, quae ratione abusus, vel humanae fragilitatis, aperte fini adversantur, et hominem ab eo impediunt; ut Vitia omnia, inhonestas, colloquia prava, societas perversa, occasiones mali, vestitus immoderatus, aliaque ex se peccaminosa, vel ad peccatum inducentia, et trahentia. Ex his

Disce 1mo. Non aliter Creaturis uti nisi in quantum tibi auxilio esse possunt ad finem tuum consequendum, et immo, si non iuvant, contraria potius optanda et eligenda, ut aegritudo prae sanitas.

Disce 2do. Ut libentius, quae magis et semper prosunt, tibi ardua sint et difficilia.

Disce 3tio. Ut quoad indifferentia, prout libertati arbitrii nostri submissa sunt, sive bona, sive mala, semper te conformes Dei et Superiorum voluntati, in id duntaxat intendens, ut sive paupertatem, contemptum que patiaris; sive contra, divitiis honoribus abundes; in Dei gloria cuncta referas.

Disce 4to. Peccaminosa et vetita semper abominandum, super omnia detestanda; haec enim fini tuo directe adversantur ultimo, et excidere te ab eo faciunt.

Haec ultima doctrina in subsequentibus Meditationibus diligenter est expendenda, ut ad odium peccati excitemur, ab eo que liberari omni studio contendamus. Plura de ultimo fine hominis,

licebit videre in Abecedario, Appendice 1ma Cap. 4to. Paragr. 5to Meditione 1ma, et infra de Purgatorio Meditone 1ma.

MEDITATIONES DE PECCATIS

Infinitis malis scatet Mundus, sed ex omnibus nullum est gravius, nullum execrabilius, nullum magis vitandum, et deplorandum. Peccato; quod patet tum ex pœnis, quibus illud Deus punivit, tum ex cruciatibus, quos pro ejus expiandis Xrus sustinuit; tum ex plurimis damnis et miserijs, quæ in humanum genus invexit, de singulis agam breviuscule; sed ut in primis.

Meditatio. I.

De Magnitudine malitiæ peccati.

Præludium 1mum. Constitue te veluti reum innumerabilium peccatorum, catenis vinctum, trementem ac trementem coram Christo in Throno, instar Judicis sedente, et contra peccata detonante.

Præludium 2dum. Pete gratiam agnoscendi, detestandi, et emendandi malitiam tuorum peccatorum tuorum.

Punctum 1mum. Considera peccatum, (Sedm S. Augustinum) esse dictum, vel factum, vel concupitum, contra legem Dei; hoc est; quamcumque seu transgressionem, divinorum mandatorum, et

dicti?

dictum vel Concupitum: quia non solum faciendo, sed etiam loquendo vel desiderando, vel cogitando, contra mandata divina, constituimur rei peccatorum.

Punctum 2dum. Considera quantum malum sit peccatum. Primo quia sanctissimas Dei leges, quasi iniquas, contemnit, et suae cupiditati conformes facere intendit. 2do quia infinitam Dei bonitatem flocci facit. 3tio quia summae Potentiae Dei, Sapientiae, Iustitiae, caeterisque divinis attributis insultat. 4to quia pro beneficiis creationis, conservationis, gubernationis, et sanctificationis iniurias refundit. 5to quia profusum sanguinem filii Dei conculcat, eundemque Dei filium rursum crucifigit, et ostentui habet. Quis tantam enormitatem ponderans, non exclamet cum Eleasaro: promitti se malle in infernum, quam praevaricare legem Dei: et cum Sancto Edmundo. Mallem insilire in rogum ardentissimum, quam peccatum ullum scienter admittere. Et cum Sancto Anselmo. Si hinc peccatum, illinc infernum cernerem, et necessario uni illorum immergi deberem, prius infernum, quam peccatum appeterem. Dolor. Horror peccati.

Punctum 3tium. Considera Malitiam peccati, adhuc inde aestimari posse, Primo quod aeternum Peccator in eo perseveraret, nisi gratia praeveniens Deus cor eius ad resipiscendum emolliret. Secundo quod aeternis mereatur suppliciis plecti. 3tio

quod condignè nullis dignum pœnis, quantumuis diris et æternis ab illo solo hîc valeat expiari. 4to quod ad satisfaciendum pro peccatorum malitia ex rigore diuinæ Justitiæ, necesse fuerit, deum incarnari et mori. 5to quod hominem constituat, filium iræ, filium vindictæ, filium diaboli; his expensis Elice affectus, ut supra.

Meditatio. II.

De grauitate peccati, ex parte pœnarum, quæ ob unicum peccatum lethale incurruntur.

Præludia Antecedentia. Punctum 1mum. Pœnæ quæ ob unicum lethale peccatum incurrantur, sunt 2plices. Aliæ in hâc vita, aliæ in futura persoluendæ.

Considera in primis pœnas, quæ in hâc vita incurruntur, cuiusmodi sunt. 1mo. Priuatio gratiæ iustificantis. 2do. Amissio iuris filij, et cohæredis Dei. 3tio. fœdissima animæ conspurcatio. 4to. perpetuus conscientiæ remorsus. 5to inrequietus horror iudicij, inferni horror. 6to subtractio auxiliorum uberiorum gratiæ. 7mo facilior in grauiora peccata prolapsio. 8uo in malo obduratio et desperatio, præter innumeras pœnæ corporales et miserias. O quanta stolìditas. tam facilè et temerè peccare, seque in tantum pœnarum pelagus præcipitare. Confusio, Dolor. Propositum.

Punctum 2um Considera deinde pœnas, quæ in altera vita incurruntur, quales sunt.

sunt. 1mo. Privatio gloriæ essentialis animæ. 2do privatio gloriæ corporis, omniumque gaudiorum, et Decorum sensibus debitorum. 3tiò pœna sensus et cruciatus, quibus anima et corpus cum suis sensibus torquebuntur. Ô immensam peccati gravitatem! ô quanta stultitia! credere hæc et peccare. Affectus ut supra.

Meditatio. III.

De Gravitate peccati, ex parte Supplicij Angelorum, Protoplastorum, et aliorum hominum: Prœludia ut supra.

Punctum 1um. Considera quam rigidè Deus peccatum castigaverit in Lucifero et socijs eius Angelis, qui licet omnibus naturæ et gratiæ donis, in sua creatione ornati, Deo gratissimi essent, tamen ob unam superbam cogitationem sine spe veniæ, deturbati sunt de cœlo, ad æternum sempiternæ gehennæ carcerem, ubi nec quidquam boni facere nec quidquam mali omittere possunt; perpetuo dolentes de amissa fœlicitate, desperantesque odio in Deum feruntur, sibi graves, omnibus invidentes ac denique flammas quibus aduruntur, sed non consumuntur, ubicunque sint, secum deferentes. Ô quam horrendum est incidere in manus dei viventis! ô quam sæpe promeritus sum eandem imò maiorem pœnam,

quam Angeli. quia illorum peccatum fuit unum, et mea sunt innumerabilia; illorum fuit tantum cogitatione, mea sunt verbo et opere. illorum tantum superbiae mea irae, luxuriae, gulae, acediae etc. Dolor, horror, propositum.

Punctum 2dum. Considera quam severe et illos primos Parentes nostros castigavit, qui cum in paradiso conditi essent, et plurimis naturae gratiaeque dotibus locupletati, propter unicum contra mandatum decerptum pomum; derepente omnibus gratiis exutos, ex paradiso e summa felicitate, ad summas miserias, ad laborem et sudorem, ad mortem, aliasque innumerabiles calamitates, morbos famem, paupertatem, eiecit. Et quod cogitantem reddit attonitum, omnes posteros eorum, id est omnes homines qui sunt, fuerunt, et erunt, his poenis subiecit. O peccatum, quam es onus grave super nos; si Parentes nostri per unam inobedientiam, tam graviter puniti; quam gravem ego mereor animadversionem pro tot inobedientiis, aliisque innumeris flagitiis. Detestatio, Dolor, Propositum.

Punctum 3tium Considera quam graviter praeterea subinde variis saeculis, alia peccata in hominibus castigavit: nam tempore

cepit

legis Naturæ, et Noë totum mundum perdidit di-luvio. Sodomam et Gommorsam igne et sulphu-re. Tempore Legis scriptæ ~~Dathanem~~ et Abyronem mur-
Contra S. Petri statim ante pedes ejus —
murantes terra absorbsit, Saul inobedientem re-gno privavit. David adulterantem, et numeran-tem, peste populi. Ac in Lege Nova Notum est mendacium Annaniæ et Saphiræ, quam crudeliter puniaverit, et puniat quotidie, vel in unico mortali decedentes flammis æternis. Affectus ut supra.

Meditatio. IV.

De gravitate peccatorum ex parte Christi pro ipsis passi et Mortui. Præludia ut supr.

Punctum Primum Considera in primis tantam esse gravitatem peccatorum Nostrorum, ut Christum de Cælis in terram traxerint, nam cum malitia pec-cati sit infinita, quia contra Deum Personam infi-nitam, non potuit nisi satisfactione infinita de-leri; cum autem Persona meriti infiniti inter homines reperiri non posset, Christus Dominus verus et in-finitus Deus, hoc negotium ex incredibili suo a-more erga salutem Nostram suscepit. Unde sicut fures parant sua furta suspendium, sic peccata cuiusque Nostrum Christo humanam carnem assumendi et moriendi necessitatem attulerunt. Admiratio,

Amor, Dolor, Detestatiò, Propositum.

Punctum 2dum. Considera quot quantasq[ue] Filius Dei Incarnatus in pueritia incommoditates sponte subierit, quot q[ua]ntasq[ue] in Adolescentia usq[ue] ad trigesimum annum ærumnas labores tolleravit, quot q[ua]ntasq[ue] tribus et amplius annis in prædicando, fatigones, vigilias, calumnias, persecutiones supe-ravit: quot q[ua]ntosq[ue] cruciatus maxime tempore passionis, in anima et in corpore, oibusq[ue] eorum potentijs, membris et sensibus susceperit, ad expianda oium n[ost]rum peccata, et tua quidem in par-ticulari, q[uæ] assidue oculis eius obversabantur, si innocentissimus ille agnus, ui expiavit pec-cata aliena, quid tibi pro peccatis proprijs faci-endum; an non dolendum, pœnitendum, fugiendum.

Meditatiò. V.

De gravitate peccati, ex p[ar]te Vilitatis Humanæ et Maiestatis Divinæ Excellentiæ.

Præludia Ut supra.

Punctum 1mum. Peccator in quovis peccato mortali præponit creaturam Creatori. Expen-de 1mo q[ua]lis sit homo. Quantum ad Corpus, est limus terræ, pulvis, saccus stercorum, esca vermium, &c. Quantum ad Animam, e[st] tanq[uam] nihilum

8

nihilum; particula auræ. 1mò quantum ad du-
rationem; umbra fugiens, vapor ad modicum pa-
rens, 2dò Quantum ad Intellectum; innumeris igno-
rantiæ et errorum tenebris obvolutus, qui ex se
nihil habet, nihil potest, nihil scit. 3tiò. quantum ad
Voluntatem inconstantissimus, imbecillimus, fra-
gillimus, qui ex se nihil vult, nihil potest facere si-
ne concursu Divino, excepta peccati malitiâ.

Expende 2do. Quid sit Deus. Quantu-
ad Naturam ineffabilis, Summus. Quantum ad du-
rationem, Intellectum, Voluntatem; Infinitus,
Sapientissimus, Potentissimus, Optimus, Maximus;
His itaque consideratis

Expende 3tiò Quam indignum sit, ho-
munciónem ita vilissimum, præponere unam volu-
ptatulam, aut unam glorielam Deo suo sum-
mo bono, dum eum offendit. Illustrari hoc potest
similitudine: cogitate quam indigna res esset,
si unus Calo iacens in sterquilinij fimo, regem,
Personam tam excellentem colaphisaret, vulne-
raret, omnes tantum facinus horrerent. Quid e
homo respectu Dei. Calo, et tn peccando con-
spuit Deum. O indignitas, ô quanta dementia,
indignitas. O testa de samigis terræ. Admirati,
Dolor. Propositum.

Punctum 2dum. Peccans deliberatè, Deum contemnit, et legem eius æternam pessumdat. Expende hic. Quanta sit proteruia hominem vnum vilissimum, fragilissimum, abominabilissimum, audere se erigere tam impudenter contra Deum Conditorem suum, infinitæ Maiestatis suæ, potentiæ, sapientiæ, bonitatis eum flocci pendere, impieque spernere, amore vilissimæ creaturæ. Quanta ista audacia! ô quam merito rigidissima pœnitentia, hæc tanta iniuria Deo illata, eluenda foret! Si Laicus aut Nouitius aliquis chartam publice à Prouinciali affixam laceraret, frangeret; quanta malitia! Contritio, horror peccati; reliqua commissa eluendi.

Meditatio VI.

De grauitate peccati ex parte Causæ Impulsiuæ.

Præludia Vt supra.

Punctum Vnum. Considera eiusdem quoque cognoscendi fœditatem, et indignitatem peccati, quæ propter leuem causam quodque perpetratur, crescit enim procul dubio iniuriæ magnitudo, si leui de causa irrogetur. Expende igitur quam ob causam Deum tuum offendisti. propter modicam et fœdam carnis voluptatem: propter honoris punctulum: propter vile vnius Nummi lucellum: propter breuem proprie voluntatis gustulum: ac denique propter

res

abiectissimas instar fumi prætereuntes. quæ in Dei comparatione, ita sunt, acsi nõ essent. Et propter huiusmodi, Deum viuentem factis meis negaui; atq; ex illis idola et falsos Deos mihi constitui; adeoq; intra me Christum crucifixi, quo Barabbã, id est peccati vitam conseruarem. ô laborem vesanum ô insanã commutationem, derelinquere Deum infinitum, æternum, pro desiderijs bonorũ temporaliũ, caducorum. Anima mea si vile tibi videtur factũ Esau, qui primogenita sua pro lentis edulio vendidit, multo sane vilius tuum est, qui cœlum propter huius vitæ commodum vendis. Contritio. Dolor. Zelus peccata eluendi et vitandi.

Punctum 2.dum Considera quale lucrum miser, ex tuis peccatis habeas, quod non recolens memoriã, erubescere debes. Sane 1mum lucrum dici pt; quia cælo excidisti, et vitam æternam amisisti. 2um qa æternas inferni pænas incurristi. 3tium quod maximopere est dolendum; qa Deum tuum summũ bonum offendisti. ô quomodo Angeli diuinæ iustitiæ ministri gladios suos flammeos, con' te nõ exeruerunt. quomodo oẽs creaturæ con' te nõ insurrexerunt. Affectus ut supra.

Meditatio. VII.

De gravitate peccati ex parte Dæmonum, quia eis placet.

Præludia ut in Antecedentibus Meditationibus.

Punctum 1mum. Considera, esse peccatum fœdum, et ideo fugiendum etiam ex eo, quia nihil æque exhilarat diabolum: quod ex tribus signis colligitur. 1mum est, quia ex omnibus rebus creatis non aurum, non argentum, non gemmas, non cibos lautos sed quærit, sed tantum animas; animas autem capere non potest nisi laqueo peccati lethalis irretitas. Quantum autem anima laqueo peccati irretita exhilaret Dæmonem. S. Anselmus declarat exemplo pueri, qui filo alligatam aviculam detinet, et si quando laxato fune, longius avolare eam permittat, illico eam magno gaudio, et risu eam iterum retrahit. Admiratio, Dolor, Horror. Propositum

Exhilarat Satanam

Punctum 2dum Considera secundum signum, ex quo cognoscimus Dæmonem amare peccatum; quia assiduo hominem tentat, et ad illud sollicitat. Sex enim Millia Annorum sunt, ex quo huic primo studio incumbit, ut dormiendi tempus ei non suppetat, novosque modos quotidie delinquendi excogitat, et quo plures in errore induxerit, eo alacrior et ardentior ad istas tentationes redditur. Affectus ut supra.

assiduo tentat sollicitat

Punctum 3tium. Considera tertium signum

gnum; quia nunquam fit eo satiari. licet enim ex sic fatiar, rita hominum millia, propter impietatem et peccatorum nunquam fit fœditatem, hactenus in Tartara præcipitata sint,

et in dies præcipitentur, non tamen fames eius ex pletur, sed pergit circumire sicut leo rugiens quærens quem devoret, Ut loquitur S. Petrus. Af fectus superiores

Meditatio VIII.

De peccatis Venialibus.

Præludia Ut supra.

Punctum 1mum. Considera veniale peccatum re vera Deum offendere, et tam atrociter ut totius mundi salus nunquam licitum faciat vel unicum. Pugnat enim cum Dei voluntate, maiestatem abjicit, potentiam irridet, bonitatem irritat, aliasque divinas virtutes seu attributa impugnat: et quamquam amicitiam eius non abrumpat, diruit tamen et fervorem charitatis diminuit. Hinc Sancti viri tam demortui, quam adhuc viventes potius capitis et famæ discrimen adirent, quam unicum deliberate admitterent. His expensis Elice affectus confusionis, quod tam parum hactenus venialia curasti, Deumque ipsis toties offendisti. Admirationis, Doloris, Propositi.

Punctum 2dum. Expende diligenter da-

mna, quod peccatum veniale parit primo. quia obligat ad poenam huius vitæ, vel futuræ in purgatorio. 2do quia animum nonnihil deturpat. 3tio quia animi vires debilitat, sicut onus ambulantem. 4to quia retardat gloriam æternam. 5to quia minuit meritum, et gloriam vitæ æternæ. 6to quia disponit ad peccatum mortale. 7mo quia obstacula ponit novæ gratiæ. 8vo quia impedit devotionem in orando, meditando, Deo amando etc. 9no quia displicet Deo, et Angelis. His expensis elice affectus ut supra.

Punctum 3tium. Expende dicta SS. Patrum de peccato veniali: S. Augustinus ait, Nullum peccatum esse tam parvum quod contemptu non fiat magnum. S. Hieronymus ait, non esse in peccatis levibus considerandum, quod sint parva, sed quod Magnus sit Deus, cui displicent. S. Gregorius scribit, veniale aliquando periculosius esse mortali, eo quod hoc facile notetur, illud non item. Sic multæ parvæ guttæ subeuntes carinam, quia notatæ non sunt, tandem submergunt navem, quam magni fluctus non submersere.

MEDITATIONES.

De Miseriis in quas Natura Humana per peccatum prola:psa est.

psa est.

Miseriæ quibus Natura humana repleta est per peccatum, tam multæ sunt, ut singulas persequi, infinitum pene esset, ego nonnullas tantum attingam brevissime.

Meditatio I.

De Miseria Nativitatis et brevitatis Humanæ.

Præludia. Ut in superioribus Meditationibus.

Punctum 1mum. De miseria Nativitatis humanæ.
Considera 1mo Hominem creatum esse ex limo terræ, id est ex vilissima totius mundi materia. itaque licet Rex sis, Cæsar, vel Papa tamen non es, nisi fimus et limus. Considera 2do. Modum conceptionis humanæ, qui tam fœdus est, ut Christus Dominus, licet illudi et conspui se passus sit, tamen concipi noluerit. Considera 3tio. Quia bestiæ dum nascuntur, prodeunt vel calceatæ, vel lanâ, squammis, cornu alysque rebus tectæ, solus homo nudus, in mundum prodit. Item illæ simul ac natæ sunt, volant, natant, currunt, sine Magistris, solus homo nihil potest, nihil scit, nisi aliorum ulnis portetur. Considera 4to. Corpus humanum, quod nihil aliud est quam saccus, qui foris quidem pulcher et albus apparet, sed intus excrementis et sordibus plenus est. Ubi terrarum tam sordidum voluta-

brum vel stagnum vel fætores exhalans reperitur. arbores, herbæ, bestiæ multæ gratissimi odoris excrementa effundunt, at homo tam abominanda ejicit, ut non nisi cloaca quædam videatur. His consideratis. Mirare stultitiam humanam, quæ corpus tam sordidum, molliter tractat, vestit, nutrit. Mirare superbiam, quæ se contra deum sæpe erigit. Confusio, dolor, Odium corporis.

Punctum 2dum. de brevitate vitæ humanæ. Considera 1mo raro ad annum 80. aut 70. vitam humanam pervenire: ex qua si adhuc tempus infantiæ, pueritiæ et somni, in quibus homo nihil agit hic dignum, detraxeris, multo brevior erit. Considera 2do. Quam breve sit hoc spatium, si cum æternitate conferatur. Considera 3tio. æternam sapientiam voluisse vitam nostram eē brevem, 1mo ut eam contemneremus, 2do ut ad æternam aspiraremus. His consideratis Expende. Quanta stultitia sit, momentaneâ huius vitæ voluptate, intollerabiles pœnas mereri. Expende ulterius, quanta amentia res huius brevis vitæ accumulare, et de æternitate nolle semel cogitare. Affectus ut supra.

Meditatio VI.

De Miseria Incertitudinis et Fra:

gilitatis vitæ humanæ.
Præludia ut supra.

Punctum 1mum. De incertitudine humanæ vitæ. Considera 1mo brevitatem vitæ nr̃æ fore tollerabiliorem, si nobis v. gr. constaret, nos 50. vel 70. annos victuros, at cum hoc quoque incertum sit, ẽ hoc magna miseria. Incertum enim ẽ, quo t̃pore, an in pueritia vel adolescentia, vel senectute, vel hyeme vel æstate, vel mane vel vesperi. Item incertum est, ubi an domi, an foris, an peregre ẽ. Item incertum est, quomodo, an subito, an morbo an submersione an globo, an gladio simus vitam finituri. Considera 2do Deum, voluisse nobis incertum esse exitum vitæ 1mo ne pœnitentiam differamus. 2do ne graviora committeremus 3tio ne in bonis operibus tepescerem⁹. Considera 3tio. his expensis quanta sit temeritas Nostra, secure et negligenter vivere, cum terminus vitæ tam sit incertus. Admiratio, dolor, detestatio, Propositum.

Punctum 2dum. De fragilitate Naturæ humanæ. Considera 1mo vitam nr̃am nõ tantũ brevem et incertam ẽẽ, sed etiam fragilem, et quidẽ ratione corporis, fragilior est vitro, nam pestilens odor, asper aër, sol fervention ẽ sæpe vitã

nō solum pueris, sed et viris eripiunt. Considera 2do fragilitatem animæ, quæ tot pericula, lapsus, tot ubiq laqueos à mundo, carne, et dæmone dispositos ad se irretiendum habet. Ut S. Bernardus non reverenter dicebat. Sicut ex decem Navibus in Oceano, vix una in portum pervenit. sic ex decem animabus, vix una laqueos mundi evadit, nec in cælo securitas, unde cecidit Lucifer cum tot millibus Angelorum, nec in Paradiso, unde expulsus Adam. nec in schola Christi, in qua perit proditor Judas etc. Considera 3tio Deum voluisse tam fragilem vitam humanam eē, ut nobis diffideremus, et à malo citius resipisceremus. His consideratis Elice affectus, Admirationis, doloris, diffidentiæ, Propositi.

Meditatio III.

De Miseria Inconstantiæ et Fallaciæ Vitæ Humanæ.

Præludia ut supra.

Punctum Unum. De inconstantia vitæ humanæ. Considera 1mo vitam humanam, illam quoq habere miseriam, quod mutabilis sit, et nunquam diu in eodē statu permaneat. Homo enim qui nunc sanus est, mox æger: nunc lætus mox

mox tristis: nunc timidus mox audax: nunc vult nunc non vult: nunc ridet mox flet. Uno verbo, tot sunt mutationes, quot occurrunt circumstantiæ.

Considerando quanta mutatio sit etiam in rebus maximis, ut in Regnis et Imperijs, quomodo de gente in gentem transferantur, monarchia huius mundi cœpit ab Assyriis, ab his migravit ad Persas; a Persis ad Lacedæmonios. a Lacedæmonijs ad Romanos, a Romanis ad Germanos, quod si imperia sic mutantur, quid de alijs dominijs et familijs sentiendum.

Punctum 2dum de Fallacia vitæ humanæ. Considera 1mo hanc miseriam longe peiorem esse superioribus: nam ut vulgo dicitur. Ficta sanctitas duplex est iniquitas, sic ficta apparens felicitas, duplex est miseria, unde enim tam longa Dei nobis subrepit oblivio, unde amor honorum, divitiarum, voluptatum, unde oblivio mortis, nisi quia falso putamus vitam nostram fore diuturnam, divitias voluptates etc esse bonas.

Considera 2do. hanc falsam felicitatem in alijs rebus quasi honoratis et desiderabilibus, quæ confestim ubi ea accepimus, afflictionibus, periculis, curis, cruciatibus et laboribus sunt obnoxia. Sic officia, dignitates etc. videntur res esse speciosæ, cum tamen sint curis, laboribus,

plenissimd. Considera 3tio Stare Palliariam omni ex nimio amore nostri ipsorum, qui sic excaecat nos, ut apparentia bona, semper veris anteponamus. Ex his consideratis elice Affectus Admirationis, detestationis cautelae.

Meditatio IV.

De multitudine Miseriarum huius Vitae. Praeludia ut supra.

Punctum 1mum. Considera 1mo etiamsi vita nostra brevis sit, brevisque eius voluptas, revera tamen longa est propter eius miserias, ut timorem, dolorem, moerorem, laborem. Quantas molestias et labores sustinet homo, antequam panem lucretur. animalia aliaeque bestiae sine sudore necessaria sibi parant, solus homo noctes diesque sudare debet. Considera 2do ut homo etiam liber sit, a labore et cura aliunde tamen ei obrepant miseriae. 1mo innumerorum morborum, 2do bellorum. 3tio caritatis annonae. 4to terrae motuum. 5to inundationum. 6to quotidianorum aliorumque infortuniorum, a bestiis et ipsis hominibus. Admiratio. Contemptus Terrenorum.

Punctum 2dum. Praeter haec omnia singularum aetatum proprias miserias. Considera 1mo Quid aliud est Infans, bestiola rationis expers in specie humana. quid 2do

Crescens

lescens, nisi equus indomitus. quid senectus ni-
si omnium morborum et molestiarum saccus. Con-
sidera 2do. singulorum statuum miserias, et quod
nullus sua sorte sit contentus. Viuunt hinc omnes
sicut infirmus, qui ex uno latere doluit et reuol-
uit se in aliud, sperans maiorem quietem, quam non
inuenit, et nescit causam inquietudinis suæ, esse
internam infirmitatem. Considera 3tio. Deum
tot amaritudinibus miscuisse vitam nostram
ut ad eius fastidium nos prouocaret, et ad vitam
æternam omnium miseriarum expertem alliceret. Ad-
miratio, dolor, fastidium vitæ præsentis, desiderium futuræ.

MEDITATIONES.

De Hominis Nouissimis.

Meditationes de hominis Nouissimis quæ sunt Mors,
Judicium, Infernus et Gloria Cælestis, efficacis-
simæ sunt ad excitandum peccati odium, teste
Ecclesiastico, Memorare nouissima tua, et in
æternum non peccabis. De tribus prioribus me-
ditabimur, breuiter more nostro. De ultimo di-
delicet Gloria cœlesti agemus infra.

Meditationes.

De Morte

Meditatio. I.

De proprietatibus Mortis.

Præludium 1mum. Imaginare te decumbentem in lecto mortis vicinum, à Medicis desperatū, extremam iam animam ducere.

Præludium 2dum. Ora Deum ut gratiam tibi concedat, fructum aliquem ex consideratione mortis capiendi.

Punctum 1. Considera 1mam proprietatem mortis, quod sit certissima sed soli Deo. ex quo Disce 1mo. Deum ab æterno unius cuiusque hominis vitæ annos, menses, et horam, dies in qua quisque moriturus sit, in notato habere, unde iustum est universum tempus in servitiū illius impendere

Disce 2do Deum nonnullis hominibus dies producere, nonnullis abbreviare, vel ad ipsorū salutem, ne corrumpantur vel in 2dam, ne graviora addiciant. Affectus, Horroris peccati, timoris Dei, resignationis

Punctum 2dum. Secunda proprietas mortis est, quod sit incerta quoad diem, locū, et modum, Ex quo. Disce 1mo Deum horam mortis voluisse hominibus occultam esse, ut nos ad vigilantiam excitaret; ut illam pœnitentiā præveniremus.

Disce 2do Omnes mortes repentinas quæ quotidie veniunt, esse totidem admonitiones

Ghos

quibus nos Dnus huius veritatis admonet, quo melius nos ad eam stantem ad ... praeparemus. Timor, Propositum.

Punctum 3tium. Tertia mortis proprietas est, quod semel tantum subeunda sit. Ex quo. Disce 1mo Quam gravis sit error malae mortis, nullum habere in omnem aeternitatem remedium seu correctionem.

Disce 2do Quanta stultitia sit credere et palpare ista; et nullam curam poenitentiae emendationis et salutis habere. Quam bene illi faciunt, qui se quotidie cum S. Bernardo examinant. Si Deus me modo praeciderет, ad quod latus casurus essem. Dolor. Horror, Propositum.

Meditatio II.

De Morte Malorum.

Praeludia ut supra.

Punctum 1mum. Considera, quantum cruciatum sit habiturus in morte, qui parum Christianè vixit, ratione praeteritarum rerum. 1mo ratione peccatorum, quia tunc plurima memoriae occurrent etiam ante oblita, quia quae alias levia videbantur, tunc gravissima apparebant, et ipsi exercitus Tysiphonum aut leonum cor dilaniantes, miseram animam obvidebant. 2do ratione temporis et occasionum quae tunc desiderabant

vel unicum dicunt ex multis quos dormiendo luden-
do confabulando perdiderunt et non dabitur
illis; tunc videbunt et dolebunt iacturam, sed
seri, quod sacramenta non frequentarint, quod pi-
etatis exercitia, orationem, conciones, ieiunia,
mortificationes &c neglexerint. Timor. Pro-
positum.

Punctum 2dum. Considera quantam affli-
ctionem sit habiturus in morte tepidus Christi-
anus, ratione praesentium. 1mo quia divitias o-
pera, voluptates ac possessiones sit relicturus.
2do quia à Parentibus, fratribus, amicis, a-
liisque omnibus notis et charis abiturus. 3tio quia
animo deserendum erit corpus, cum quo tenerem
et arctissimam habuit amicitiam, sine spe in
hoc mundo iterum cum illo coniunctionis. O quan-
ta dementia, propter ea quae brevi sum reli-
cturus, et quae tantam afflictionem mihi afferant,
Deum offendere!

Punctum 3tium. Considera denique quan-
tam afflictionem sit habiturus, ratione futurorum.
1mo ratione reddendae rationis, quia de quolibet ope-
re, verbo, et cogitatione examen et iudicium
imminet. 2do ratione timoris, quia sententia
quae ferenda est, erit definitiva et irrevoca-
bilis. 3tio quia causa ex parte mea, est vehe-
menter dubia: constabit quidem certo de

admissa

admissa culpa, sed de amore Dei aut odio, aut de-
ra pœnitentia nō item. Augebit hunc timorem perple-
xitas animi, et dapsites cacodæmonis, qui oēs
vires suas explicabit, ut eū desperatōem inducat,
scelera amplificans, et rigorem divinæ iustitiæ ex-
aggerans, ita ut eū hoc puncto, etiam sanctissimi nō
nunquā concuti soleant ut patet eū S. Hilarione.
ō Jesu Fily Dei, per tuam agoniam pelle a me
hos timores.

Meditatio. III.
De Morte iustorum et piorum.

Præludia ut supra.

Punctum Imum. Considera mortem licet malis
ut dictum est sit horrenda, eam tn̄ a piis cum de-
siderio expectari, non quod nō reformident morte
naturali, reformidant attamen gaudent, ita ut
gaudendo timeant, et timendo gaudeant. cū pri-
mis ratione præteritarum rerum (puta peccatorū
temporis et occasionum) tum quia si quæ ha-
buerunt pœnitentiā castigaverunt: tum quia to-
tum bene et utiliter expenderunt: tum qā occa-
siones merendi nō neglexerunt: sacramenta fre-
quentarunt et alijs pijs exercitijs institerunt.
Hinc confidendo in divina misericordiā, tantā
sentient pacem et consolationem, ut omni metu
depulso, initium quoddam voluptatum Patriæ

sint degustaturi. Desiderium, zelus beni di-
cendi.

Punctum 2dum. Considera quomodo bonus Christianus ratione Præsentium nullam afflictionē sit in morte habiturus. Imo ratione divitiarum, voluptatum &c quia eas antea illis in vita renunciavit, sciens se per illa impediri, quominus perfecte Deo coniungi possit. 2do ratione amicorum, quia pro uno & altero millenos habebit. 3tio ratione separationis animæ à corpore, quia agnoscet eam in illo tanquam in carcere fuisse detentam, in morte autem primum solui vinculis et suæ libertati restitui. Quod si forte ingens segnitudo et dolor vexent, et ille obsurgens desiderium, quo flagrat iustus patiendi pro Dño et poenas meritas expiandi, iucundi et dulces apparent. Affectus ut supra.

Punctum 3tium. Considera denique, quomodo bonus Christianus ratione futurorum, nullam cruciatum in morte sit habiturus. Imo ratione Judicii et sententiæ et Caussæ: quia confisus in misericordia dei, meritis Dñi Nri Jesu, Christum ac in sanctissima eius, benevolentiam resignat, cum placida quadā quiete et securitate. Sic S. Ambrosius moribundus dixit. Non timeo mori, quia bonum dominum

minum habemus. 2do ratione status rerum suarum et corporis post mortem: tum quia eam dudum affectum ab illis avulsit: tum quia sicut in vita commoda corporis nõ curavit ita post mortem ex humilitate nõ curabit. Unde S. Arsenius optavit illud proyci canibus devorandũ. S. Franciscus similis sub patibulo sepeliri. S. Ignatius Loiola inhumatam in cœno lutoq projici. Dimi nuet hunc cruciatum præsentia multorum Angelorum est, et aliorum Patronorum Sanctorum, imo quandoq ipsius Christi. Affectus ut supra.

MEDITATIONES DE IUDICIO.

Meditatio I.

De Iudicio Particulari.

Præludium 1mum. Imaginare animam tuã corpore egressam mox sisti tribunali Dñi, astante Angelo bono et malo.

Præludium 2dum. Pete gratiam, ex consideratione sui, vitam sic instituendi, ut tunc instituisse optares.

Punctum 1mum. Considera animam defuncti sisti eodem tempore et loco statim Iudicio particulari Dei solam, corpore et rebus omnibus visibilibus spoliatam, actionibus suis

duntaxat vestita. Quamqui enim morientem multi consanguinei et amici circumstent, in illo tamen instanti nemo amplius animam comitabitur, sola divino Tribunali sistetur, aeque regis ut rustici, divitis et pauperis. Ad quantas tunc redigetur angustias misella anima.

Punctum 2dum. Considera divini Judicii processum, id est Accusatores, testes, probationes et examen. Accusatores erunt tres: Diabolus, Conscientia, Angelus Custos. Testes erunt Creaturae, ut sol, parietes et alia in quorum peccavimus praesentia. Probationes evident antea totius vitae historia quae tota in animae conscientia clarissime descripta erit. Examen hoc erit de omnibus malis commissis, bonis omissis, talentis male impensis; examinabuntur cogitationes, intentiones, desideria, verba et opera. O quam perfectam tunc duxisse vitam optares! modo id serio aggredere, et tunc securus eris.

Punctum 3tium. Considera discussis cognitisque peccatis procedendum ad pronunciandam sententiam, multis nominibus formidabilis. Primo ob constantiam Judicis, qui nullis precibus, lachrymis, intercessione vel excusatione a justa sententia ferenda deduci potent. 2do ob magnitudinem

gnitudinem rei, qa nõ agetur de pecunia, vel agris, sed de summis bonis vel malis, in omnem æternitatem duraturis. 3tiò ob immutabilitatem, qa sententia sæ nullo iudicio retractari poterit. Ô quanta tre- pidatio miseram animam inuadet, quando in eam Iudex iustus irreuocabilem proclamabit sententiam. Discede à me etc. Contra quanto ex- ultabit gaudio, quando audiet, veni benedicta etc.

Meditatio II.

De signis Vniuersale Iudicium præ- cedentibus.

Præludium I. Imaginare Christum Dominum in thro- no Iudicis instar aspectu terribili pro tribuna- li residentis

Præludium 2dum Petegratiam ut con- figat cor tuum timore Iudicij sui.

Punctum Imum. Considera primis cau- sas Iudicij universalis. Ima est ut sententia in particulari iudicio lata confirmetur; 2da ut suppleatur, quod illic defuit, v.g. de corpo- re, quod interdum magno honore ad sepulchrum de- fertur, licet anima condemnetur. 3tiâ ut Deus existimationi suæ consulat, manifestando omnibus se in omnibus iustum, sapientem ac Sanctum esse. 4ta ut gloria Christi Iesu nõ solũ bonis

in Cælo, sed et impiys in terra, ubi eius ignominia fuit publica, innotescat. Admiratio providentiæ divinæ, Gaudium, Laus.

Punctum 2dum. Considera deinde ipsa signa, quorum 1mum est quia ut sapiens est, omnem creaturam armabit Deus contra inimicos suos, et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos: ut omnes creaturæ, ante fuerunt instrumenta beneficiorum, sic postea omnes erunt instrumenta pœnarum. 2dum quia sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, sed convertetur in sanguinem. 3tium quia stellæ cadent de cælo, et virtutes cælorum commovebuntur. 4tum quia erunt terræ motus magni per orbem, mare turbabitur fluctuum ingenti sonitu, venti horrendas excitabunt tempestates. In aere tremenda erunt tonitrua, fulgura, fulmina, terrificæ visiones, ignis omnia opera terræ exuret, ex quo efficietur, ut homines præ timore et terrore arescant. Timor. Horror. Zelus bene vivendi.

Punctum 3tium. Considera quod de die illa (affirmante Christo) et hora nemo sciat, neque Angeli cælorum neque filius hominis nisi solus Pater. Et quod repente et in ictu oculi sit ventura Lucæ 21. Et quod sicut factum est in diebus Noë, ita erit in diebus

filij

Fily hominis. Timor. Vigilantia.

Meditatio. III.

De Processu Iudicij Universalis. Praeludia ut supr.

Punctum 1mum. Considera imprimis quomodo ad vocem et citationem Archangeli, omnes mortui etiamsi sint in pulvere conversi, in ictu oculi resurgent, et ad iudicium absq resistentia comparebunt, animae damnatorum ascendent ex inferno, et accipient corpora passibilia, foetida et horrenda, animae beatorum descendent et accipient corpora impassibilia, splendentia et gloriosa. O quantas sibi mutuo benedictiones precabuntur. Contra damnatorum, o quanta in se mutuo primo illo congressu conijcient maledicta.

Punctum 2dum. Considera Iudicis ipso adventum ad Iudicium, Primo locum ex quo veniet, videt caelum, 2do Habitum videt in Corpore glorificato, splendidissimo. 3tio Maiestatem, ut Angeli, Hominesq iusti, ac peccatores, et ipsimet Daemones Illi se subijciant, eumq adorent. 4to Comitatum videt caelestem exercitum toto apparatu. Quinto. Labarum, videt S. Crucis vexillum, quod iustis erit iucundum,

impijs horrendum. 6to locum ad quem, vid. vallem Josaphat. 7mo Thronum Judiciarium. vid. splendidissimum ex pulcherrima nube fabricatu. 8uo Assessores Collaterales, vid. B.mam Matrem Dei et Aplos. imò iuxta S. Patres multos, etiam pauperes Spiritu, qui ad imitationem Aplorum, oïa propter Christum reliquerunt. ô quantus erit tunc Religiosorum honor, qui in hoc mundo abiecti vixerant.

Punctum 3tium Considera Judicij processum, et executionem. 1mo quomodo Angeli exibunt, et separabunt malos de medio iustorum, statuentes oves à dextris, et hædos à sinistris. 2do quomodo manifestabuntur conscientiæ tam bonorum, qm malorum in totius universi et Angelorum præsentia. 3tio quomodo obiurgabuntur à Chro Dño, cum exprobratione beneficiorum, quæ in eos contulit. Juvabunt dare obiurgaõnem Custodes Nri Angeli, iusti quosque qui aderant, et dæmones, imò et conscientia ipsa. 4to quomodo sententia decretalis proferetur, primum pro bonis, deinde pro malis, ut intelligamus propensiorē ee Deum, ad præmia reddenda qm supplicia. ô Jesu benignissime præm me tua misericordia

cordia, ut ita me tibi semper obediendo probem, ut in die iudicij me approbes, et in tuum regnum admittas. Amen.

MEDITATIONES
De Inferno.
Meditatio. I.
De Natura, igne, loco, Tortoribusque Inferni.

Præludium 1mum. Imaginare te spectare vastam aliquam incendiam, et animas igneis inclusas erga stulte miserabiliter lamentantes væ væ.

Præludium 2dum. Pete gratiam intime apprehendendi et etiam cognoscendi Inferni pœnas, ut a peccatis te cohibeant.

Punctum 1mum. Considera, quid sit Infernus, iuxta ea quæ de eo fides nos docet. Infernus est perpetuus quidam carcer igne et innumerabilibusque horrendisque supplicijs refertus, quibus afficiuntur, quicunque in mortali peccato moriuntur. Seu est status in quo peccatores tali pœna torquentur, ut bonis omnibus careant, patiantur vero omnia mala. Percurre mente quæcunque mala, omnia in Inferno eaque graviori modo

cruciuntur. O Deus aeterne, illumina me, ut Inferni poenas agnoscens, peccata vitem.

Punctum 2dum. Considera acerbitatem ignis Inferni. Ratione cuius teste S. Augustino noster ignis pictus esse dicetur. 1mo Urentis de sensu sua acutissime et acerbissime perrodit et adurit. 2do quia noster consumit omnia, tartareus nihil. 3tio quia noster ardet et lucet, tartareus ardet sed non lucet. 4to quia noster durit augescit vel decrescit, augescente vel deficiente pabulo, tartareus divina iustitia nutritur, nullo sopiendus malo inextinguibilis est. Quanti et quam acres dolores, ubi vel extremum digitum ad carere igne per quadrantem? Quanti maiores ubi manum integram? et quanti adhuc maiores ubi totum brachium? Quam vero infandus cruciatus est ubi totum corpus? licet ignis, qui ubi pictus dicere possit.

Punctum 3tium. Considera incommoditatem Loci Inferni, qui iuxta SS. Patres in medio orbe terrae iacet. 1mo quia est subterraneus, obscurus, tenebricosus, in quem nulla unquam lux solis aut Lunae aut Stellarum ingreditur. 2do quia est angustissimus, in quo damnati

Loci

sicut

sicut salsa salices in orca, vel in fornace latere constringuntur. 3tio quia humidus, tristis, no sunt vestigium purpuratus illa. 4to quia calore intemperatissimus in quo vel minimus rivulus no est qui refrigerans ventus penetrare possit. 5to quia foetidissimus damnatorum in corpora intollerabiliter foetebunt. Ô quam mollem iudicares quemcumque huius mundi carcerem. si loci illius vere perpenderes atrocitatem.

Punctum 3tium. Considera atrocitatem Tortorum Inferni. quorum 1mus erit Daemon, bestia immanis tibi inimicissima. 2dus damnatus unusquisque dicendo ac faciendo quod in dicem torquebunt. 3tius vermis conscientiae, qui infoelicem damnatum incredibili amaritudine ac rabie laniabit. Ô anima mea consentias adversario huic tuo bono, dum es in via cum illo, qui te peccantem extimulat.

Meditatio. II.

De Poena potentiarum Internarum.

Punctum 1mum. Considera inprimis, quanta sit miseria in stricto loco Inferni inter daemones habitantium. 1mo ratione Confusionis, quia nullus ibi ordo, nullus respectus bonitatis, nobilitatis,

amicitiæ, sacerdotij, doctrinæ, divitiarum, dignitatum Regalium, Episcopalium, Consularium, Consanguinitatis et similium. 2do ratione mutui odij, quâ

Odium mutuum

omnes Capitales invicem hostes, mutuâ se iracundiâ odio invidia impatientia rabie onerantes, nemo alium videre aut ferre volens, aut bonum dicere verbum. Pater filium detestatur, filius Patrem, Dominus subditum etc. invicem maledicentes et mordentes nominatim verò, qui in hâc vitâ inordinatè se dilexerunt, et complices fuerunt delictorum. Crescitq̀ inde pœna eorum, ex eo quia simul manent et simul in una societate se vident. Ut carbones accensi simul positi, alter alterum magis accendit, ita illi accensi iracundia, et simul constituti magis exardescunt. ô societas!

Punctum 2dum. Considera denique quanta in infernis animæ facultatibus pœna affligatur. 1mo imaginatio torquetur horrendis et melancolicis fantasmatibus. Ex quo consurgit passionum, ut et odij, fugæ, tristitiæ, timoris, desperationis, iræ invidiæ, adeo crudelis inter se pugna, ut aliæ alias invicem lacerent. 2do memoria cruciatur continua potentiarum rerum, quas possedit recordatione. 3tio Intellectus

Imaginatio

Memoria

angitur

angitur bonorum amissorum, et malorum impendentium, in eorum æternitatis consideratione exaggerans et pertinacissime iudicans iniuriam sibi à Deo fieri. Quarto Voluntas premitur pertinacia et in peccatis suis obduratione, dolens quia propriam voluntatem quam cupit facere, implere non possit. Unde continuo Dei odio, et Sanctorum eius, ac omnium hominum flagrat; estque turbatissimi et amarissimi instar maris, plurimis cogitationum fluctibus agitati. ô Deus adiuva me, ut has potentias mortificare ita possim, ut illarum potius ego, in hac vita carnifex efficiar, quam illæ mihi sint carnifices in futura.

Punctum 3tium. Considera quâ poena in externis sensibus, cum anima corpus coniuncta fuerit, afficientur. Primo oculi torquebuntur horrendo fumo et daemonum inimicorumque aspectu. 2do Auditus audiet semper blasphemias in Deum, lamenta damnatorum, strepitusque in modum rugituum asperrimos. 3tio Nares replebuntur tetro foetore, sulphuris et super omnia qui ex damnatorum corporibus procedet. 4to Gustus in gutture et lingua amarissima quædque supra fel et absynthia percipiet cum caninâ fame et siti rabida.

Intellectus
22
Voluntas
Sensus
Oculi
Auditus
Odoratus
Gustus

Tactus. Sto Tactus à planta pedis usq ad verticem capitis, per ignem et frigus corpore toto in gentia tormenta patietur, ita ut nulli membro sit futurum, quod non singulari dolore excutietur. Ibi itaq simul erunt oculorum, aurium, dentium, capitis, gutturis, lateris, cordis, potagra, ventriculi, et caeteri dolores. Si igr vel unius membri dolor adeo cruciat in hac vita, qd in inferno facient omni membrorum dolores, simul advenientes. O infelices sensuales voluptates, quorum finis tanta e acerbitas.

Meditatio. III.

De poena damni, et aeternitate Cruciatuum Inferni.

Praeludia ut supra.

Punctum 1um Considera poenam damni consistere in visionis Dei, et perpetui cum omnibus Sanctis consortij privatione, huius plena atrocitas, 1o. ex eo expendi pt. 1mo ex eo, quod viri Sancti dulcedine coelesti patris affecti, gravissima iudicant sibi ee poenam, ea visione carere. 2do ex eo, qd ipsi damnati gravissime ferent se

tanto

tanto bono priuari, nō quidem q̄ honestum quiddam est, quia isti nō Deum amant, nec honesti quidquam: sed quatenus eâ se carere vident, quæ summā et æternā requiem illis attulisset, et à tot horrendis malis liberasset. Rō ex simi litudinibus, si enim tanto mœrore afficiuntur homines, dum iure primogeniti spoliantur, q̄d se habere existimabant. Si bonorum priuatio, adeò cor hominum premit et cruciat, si mors eò, q̄d animam separet à corpore et mundo, adeò est terribilis, quanto terribilior est mors æterna, q̄d hanc à primogenitura à bonis æternis à Deo suo, à regno suo fœlicissimo, à delicijs q̄s oculus nō vidit &c. separat et disiungit. Ô Deus.

Punctum 2dum. Considera oīa quæcunque hactenus de inferno commemorauimus esse æterna. Infernus æternus. Ignis æternus. locus æternus. Tortores æterni. Confusio æterna. Odia æterna. Societas æterna, pœnæ oēs et potentiarū et sensuū, et damni, æternæ. Atq̄ deo ipse damnatus, tam quoad animā quam quoad corpus æternus, immortalis, ita vt neque seipsum nec quemquam alium occidere possit. Cur ergo anima mea nō times, vea

fieri pœnarum æternarum: cur te ignis in extinguibilis non terret.

Punctum 3tium. Considera denique pœnarum ipsarum continuitatem, et invariationem. Primo quia sine interruptione in æternum continuabuntur. hoc est quia etiamsi millionibus annorum stabunt, nulla dabitur in eis remissionis vel quietis dies, nec pœna vel ad horam unam aut momentum cessabit. 2do. quia invariatæ persistent, hoc est quia substantia ipsius pœnæ nullum in se detrimentum patietur, aut levamen aliquod faciet damnato, imo potius novas accidentales accedent cum recentes accedent damnati, et mutatio quæ in mundo levamini esse solet, in inferno novum afferet tormentum. Sic Luxuriosi, sicut ait Job 24. versu 19.) vel nimium calorem transeunt ab aquis nivium, id fiet ut magis a calore vexentur, ob repugnantiam quam cum frigore habet. 3tio quia nullus acquiritur in patiendo usus et facilitas seu impassibilitas. hoc est quia etiamsi supplicia adeo sint prolixa et continuata, nunquam leviora fiunt, et minus sentiuntur, imo potius quotidie nova esse videntur, novaque damnatorum impatientia reviviscunt. Ut enim peccatorum David attestante, superbia ascendit semper,

ita in

eta in Inferno crescit ira, invidia, furor, et rabies. Quid itaq; ad hæc ais anima mea, si dictarum pœnarum fidem habes? quomodo non deficit spiritus tuus, tantam pœnarum acerbitatem, durationem, continuationem, cruciationem considerando? Si tibi grave est, molli cubare lecto per unam noctem in aliquo levi dolore; quanto obsecro gravius feres eē in Carcere, igneo lecto, terribilibus pœnis in perpetuas æternitates? O iustitia Omnipotentis, protege me tua misericordia, ne incidam adeo in stupendam æternamq; miseriam.

MEDITATIONES
De Vitijs in Particulari, et Contritione

Ad perfectam animæ puritatem, quæ viæ purgativæ præcipuus est finis consequendam statuuntur hic communiter à Magistris Spiritualibus certi quidam de vitijs et passionibus mortificandis, modi Meditandi; et de Contritione. Hos et ego sequar, sed unam tantum dabo Meditationem in communi, ex quâ simili formâ, de quolibet Vitio seu Passione poterunt facile formari aliæ et aliæ Meditationes.

Meditatio. I.

De Vitio seu Passione aliquâ.

Præludium 1mum. Constitue te coram Deo inspiciente oes actiones tuas, atq adeò et hoc vitium vel Passionem N. quâ te miser coinquinasti, ac de tua ingratitudine dolente, ac conquærente. Hunc ego hominem creavi ad imaginem meam, ipse autem sprevit me, offendit sæpius hoc N. vitio.

Præludium 2dum. Pete gratiam agnoscendi, detestandi et emendandi, hoc vitium vel Passionem.

Punctum 1mum. Considera inprimis Naturam vitij N. quid sit. 2do actus ipsius, seu modos quibus eo peccatur. 3tiò perpende quomodo, et quam illi modi omnes sint ratiōni contrarij, Deo iniurij, proximo nocivi. His expensis examina te, quomodo et quoties Deum vitio hoc expenderis. Concipe dolorem et horrorem ipsi, exerce prolixius actum Contritionis, cum proposito emendationis.

Punctum 2dum Considera horrenda supplicia, quæ Deus etiam in hâc vitâ, quibusdam hoc vitio N. laborantibus intulit, et quæ inferret omnibus in futura, quæ supplicia pete ex antiqua Scriptura: ex prædictionibus Prophetarum, ex interminatione Christi, ex Exemplis, Sacris, prophanis, ex dictis et sententijs SS.

Patrū

Patrum et aliorum virorum illustrium. Quibus expensis affectus superiores elice.

Punctum 3tium. Considera inprimis causas, quae te ad hoc N. vitium impellunt. 2do conquire modos, quibus pessimam affectionem supprimere et extirpare possis. ex quibus elige magis accommodatos, cum proposito practice perficiendi. Modos istos habes in Abecedario Cap. 2do §. 4to et 5to. In colloquio affectus contritionis, et ardentia emendationis proposita Christo repraesenta, fragilitatem tuam fatere; subsidium gratiae pete.

Meditatio II.

De Filio prodigo ad Contritionem excitandam pro Novitiis.

Praeludium 1mum. Constitue te coram Deo, qui prodigus ille ad Patrem rediens.

Praeludium 2dum. Pete gratiam ad cognoscendam et detestandam tuam erga benignissimum Patrem ingratitudinem.

Punctum 1mum. Filius prodigus accepta a Patre portione substantiae, abiit in Regionem longinquam. Refer hoc ad te et expende beneficia, quae a Dno Deo tuo accepisti, primo a Patre aeterno, quod te ex nihilo ad imaginem suam, ut cum ipso post mortem in coelo regnares, creavit. Quod tot donis et naturae

gratiâ, ornarit: quod oẽs creaturas etiam SS. Angelos, in ministerium tuum deputarit: quod hactenus paternam curam circa te, qui solus in mundo esses, gesserit: percurre hic annos, loca, itinera, habitationes, occupationes, studia, officia, animaduertendo, quo pacto tibi semper tum corporis, tum animæ necessaria suppeditarit. 2do à filio Dei, quod pro te, ab æterna damnatione redimendo, de cælis descenderit, tot ærumnas in pueritiâ et iuuentute pertulerit: tot fatigationes et iniurias, in virili ætate susceperit: tantum lachrymarum sudoris et sanguinis effuderit: et demum tam acerbam crucis mortem subierit. 3tio à Spiritu Sancto. quod te ex tot millibus, qui ob fidei defectum damnantur, elegerit, et in gremio Ecclesiæ nasci voluerit. quod tot gratijs præuenerit: tot illustrationibus et impulsibus ad æternam vitæ emendationem excitarit, in super ad statum religiosum, statu perfectiorem et securiorem, è tot periculis seculi euocarit tamq benignè ad Maiorem perfectionem quotidie animat, extimulet, adiuuet. Quid est quod vltra debuit facere animæ tuæ, et non fecit. laus, Gratiarum Actio. Propositũ

bene

bene utendi Dei donis.

Punctum 2dum. Filius prodigus acceptam à Patre substantiam petulanter et luxuriosè absumpsit. Refer hoc à te, et expende protervia, et petulantiam tuam, qui, immemor tot beneficiorum acceptorum, toties Deum tuum offenderis. Imo quidem Deum Patrem Creatorem tuum, vilipendendo finem ultimum, quem tibi assignavit: abutendo Creaturis, spernendo, aut oscitanter utendo, eius donis, et gratiis, pro paterna providentia rarò aut nunquam gratias agendo. His expensis dic corde contrito. Pater, peccavi in Cœlum, et coram te: peccavi contra beneficia tua, qui me creasti etc., doleo, doleo quod te Deum meum offenderim. 2do Filium Redemptorem, frigidè eum amando, imitando, lacrymas, ærumnas, sudores eius vilipendendo,
cum peccatis tuis, rursus eum crucifigendo, sanguinemque eius conculcando. His itidem expensis erubesce de tepiditate tua: incusa induratum cor tuum, quod exemplis et sanguine eius non emolliatur, et elice actum contritionis. 3tio Spiritum S. Illuminatorem, præcludendo illi cordis tui ianuam, sacrasque eius inspirationes toties negligendo. His similiter ponderatis excita compunctionem. ô Spiritus amabilissime

qm̄ infidelis fui erga te, qui sic me dilexisti: ex pœnitentia ductus revertor ad te, ne projicias me à facie tua: doleo; da quod iubes, et iube quod vis.

Punctum 3tium. Pater videns à longè prodigum revertentem, misericordiâ motus recepit ingratum, amplexatus, et vestium cultis ornavit [illegible]. Expende hoc et refer ad Deum, tanqm̄ Parentem optimum, qui te et alios peccatores, cum adhuc longè absunt, intuetur, et misericordia motus auxilio suo praevenientes benignè amplectitur, delictorumq oblitus, in gratiam denuò recipit. In Colloquio prostratus, humillime coram illo, admirare tantam ipsius in te aliquin indignissimum bonitatem. Interroga, quid in te viderit, ut te tam benignè amplecteretur; gratias age, petesq abeo, ut te tandem in domum ac hæreditatem suam receptum nunqm̄ amplius à se discedere patiatur. Pater. et Ave.

Meditatio III.

De Pœnitentiæ fructibus ad illa verba Lucæ 13. Arborem Fici habebat. etc. propter Professos.

Præludium 1mum. Imaginare te Christum Dominum praedictam parabolam proferentem et dicentem, sue-

audite

ci dile arborem istam, ut quid etiam terram occupat,
Preludium 2dum. Pete gratiam ut plantatus in sacra religione tandem incipias facere dignos fructus pœnitentiæ.

Punctum 1mum. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea suâ. Considera 1mo, quod cum esses arbor sylvestris, infructuosa et despiciabilis, et quoad omnia frutex inutilis, æternus Pr familias Deus oculos in te convertit, et ex sterili terrâ, id est sæculo nequam, in quo tanquam arbor mala forte iam deputatus æternis inferni ignibus fuisti, transtulit te infinitâ suâ gratiâ, sapientiâ et bonitate in vineam Sacræ Pauli nom religionis, eo fine ut fructus bonos faceres. Considera 2do quod ex parte Dei sic te transferentis, tibi deinceps nihil defuerit, quominus fructus bonos proferres. Tum quia vinea, in qua te posuit, vinea sancta est, sanctis legibus septa; quotidiano psalmorum cantu iucunda; varijs mortificationibus consita; oratione mentali et vocali pinguis, frequenti sacramentorum usu fœcunda, et alijs sacris exercitijs ita irrigua, ut arbores seu vites possit nutrire altissimas, pulcherrimas, fertilissimas. Tum, quia in ea cæli solisque aspectu posita,

ut nulli in ea exstiti, Deus optimus desit qui ipsam sua gratia vario influxu continue irrigat. Accedit assidua Cultura Superiorum, et Cura tam animi, tum corporis. Quantos ergo fructus fecisse te hactenus, tot annis par fuit.

Punctum 2dum. Et venit quaerens fructum in illa, et non invenit. Considera 1mo. An revera sit tot annos aliquem profectum et fructum in vinea sacrae religionis feceris. Quod ut facilius consequaris, reflecte oculos in transactam vitam tuam, Commemora loca, Conventus, in quibus fuisti, Personas cum quibus vixisti, officia quae gessisti, occupationes, quas habuisti. Considera 2do te non modo Deo et religioni infructuosum fuisse, sed et obnoxium et incuriosum: tot negligentijs et imperfectionibus, quas in observatione Regulae, et Constitutionum, in Choro, in dormitorio, in refectorio, in oratione, et alijs ritu religiosae actionibus commisisti. Considera 3tio damna quae ex tuis imperfectionibus sunt orta; nam solum privasti Deum gloria, Christum laetitia, mundum divitijs, domesticos exemplo, religionem ornamento, Superiores voluptate, teipsum merito

rum

rum thesauro; sed et Deum ipsa contumelia affecisti, Christum contristasti, seculares et Fratres scandalisasti, religioni labem aspersisti, superiores mærore complevisti, vitam ipsa inter varios conscientiæ remorsus traduxisti. Confusio, Dolor. Propositum.

Punctum 3tium. Dixit ergo ad vineæ cultorem. Succidite illam, ut quid etiam terram occupat. Considera 1mo. quam multis tepidis religiosis ita acciderit qui dum viderentur arbores, vel vites, ob talenta et dona speciosæ; vel subito Deo succidente, deiecti sunt: vel Deo maledicente aruerunt, ne frustra vineam Sanctam occuparent, et temporalia bona à piis fundatoribus ad Dei gloriam data, quibus alii possit valde promovere Dei honorem, ad vanitatem tantum et externam speciem, consumerent. Considera 2do. Hanc sententiam iustissime in te facere, et cogita, ut quid etiam terram occupas.

Colloquium fiat ad S. Paulum Primum Eremitam vineæ huius cultorem, rogando ut pro te intercedat, dicatque Dno. Dimitte eam etiam hoc anno, et fodiam circa eam; vel vitiorum radices detegendo, per sacram Confessionem.

vel per superiores purgando, ad quod te pa-
ratum offeres. Deinde converte te ad Christum,
ut ipse condonibus te dimittat hoc Anno, cui
offeres firmum propositum vero et solido e
mendationis.

Meditatio IV.

De Transacto tempore.

Hdc Meditatio praecipue serviet pro Menstru
o Examine. Praeludium Imum. Statue te vi
va fide coram Deo bonorum omnium atque adeo et
temporis largitore.
Praeludium 2dum. Pete gratiam ut cognoscere
possis, quomodo huius Mensis, tempus traduxeris,
quantumque profeceris.

Punctum Imum. Considera quam varie
Dnus Deus sua dona atque adeo et tempus dis
tribuat, uni longius, alteri brevius, uni laetius,
alteri moestius. Ut tu quod hucusque vivas,
quod hoc mense, aliquo casu non sis oppressus,
ab eodem omnium bonorum datore, habes. Laus, Gra
titudo, Gratiarum Actio.

Punctum 2dum. Considera quam varie
homines tempus a Deo sibi datum consument
aliqui in pietate, aliqui inequitibus operibus,
hic in orationibus, ille in ebrietatibus, u.

Examina.

Examina et tu te ipsum, quomodo tempus huius mensis elapsi, expendens, quomodo hebdomadas quæ fuerunt quatuor, quomodo dies qui fuerunt triginta, vel 31. quomodo horas quæ fuerunt nongentæ 744 viginti quatuor, consumpseris, quot ex ijs devotioni, virtutibus, orationi, Meditioni, pio labori, choro, obedientiæ etc; et quot dederis otio, verbis inutilibus, commoditatibus corporis, somno, deambulationibus, dederis. Discute postea quantum profeceris, in vitijs extirpandis, vel virtutibus acquirendis pro isto mense assumptis, et alia perage, quæ habes in Abecedario de examine menstruo.

Punctum 3tium. Considera excellentiam, et pretium temporis. Primo quia per illud damna eaque æterna homo lucrari potest. O si vel unica ex eo horula damnatis vel in purgatorio detentis concederetur, quantum gauderent, quantum sibi congratularentur. Secundo quia semel elapsum nunquam amplius revertitur, Pecunia amissa semel, potest recuperari vel inveniri, tempus semel perditum, æternum perditum est. 3tio quia singula eius momenta non possunt emi, vel auro æstimari: quanti ergo faciendum,

qm bene expendendu. qm amare vel minima eius iactura deflenda, quanto studio resarciendo. Tenor et Propositum, tempus utiliter expendendi. Item sic oportet immutare vitium, vel considerare diritatem et facere.

Meditatio V.
De Præsentia DEI.

Præludium 1mum. Cogita te videre q si immensum lumen quod universum totu, velut punctum penetrat et perlustrat.

Præludium 2dum. Pete gratiam congruentem.

Punctum 1mum. Considera oes universi partes et quidquid in illis est. Primo Cælum, cum sole, luna, stellis; 2do Elementa et ignem cu sphæra sua. Aerem cu nubibus, pluvijs, ventis diversis, Aquam cum piscibus, et monstris marinis. Terram cu arboribus, animalibus, segetibus, lapidibus. Ipsu locum, ubi stas vel flectis, et teipsu, et omnia, imo etiam et possibilia, et spatia imaginaria. Nullam ex his invenies omnibus, qm no occupet, et intime penetret Deus. ô quam cæci sumus, qui sic præsentem no veremur, ut Iudicem, non amamus ut Patrem.

Punctum 2dum Considera Tres Modos, quibus Deus Noster est in omni loco, et in rebus omnibus creatis. Primo per essentiam, quia vere

vere ac realiter est in illis secundum totam suam
divinitatem; quare credendum mihi est quod hic ubi
ego sum, est totus Deus, Pater et Filius, et Spiritus San-
ctus, et idem qui hic est, est etiam in Coelo, et si hic
haberem lumen, ad ipsum videndum, hic me faceret
beatum. Ubi per Praesentiam, quia omnia cogno-
scit quidquid est in singulis, cogitationes, desideria, etc.
Non itaque Deus est praesens, sicut est homo in ali-
quo loco dormiens, aut sensibus suspensus, aut
distractus, qui non advertit ubi sit; quia ipse vi-
det et cognoscit omnia, etiam absconditissima, ita
ut nihil ipsi possit latere. Ubi per Potentiam,
quia non solum est cognoscens, quidquid in loco quoque sit,
sed etiam sua omnipotentia dat rebus esse quod
habent; et iuvat facere, quidquid illa faciunt:
Non itaque locus Deum sustinet, sicut me, sed De-
us ipse locum sustinet: et si aliquae res sunt, ideo
sunt, quia ipse illis dat Esse: si vivunt, vel ve-
getantur, vel intelligunt, ideo quia ipsis dat vi-
vere, vegetari et intelligere, adeo ut si se Deus
ab aliqua re subtraheret, statim illa desineret
esse, et in nihilum redigeretur. O Anima, si fidem
tuam acueres, videres te nunquam esse solam, gau-
deres de praesentia talis Monarchae, in quovis loco
casu illi soli placere, non hominibus aut tibi, stu-
deres.

Punctum 3tium. Considera adhuc magis particulares modos, quibus Deus est in Anima, et ego intra ipsam. Imo qa me circumdat, et ambit ex omni parte, sicut aqua piscem, qd in ea est. 2do qa sicut pupilla est intra oculum, ita ego sum intra ipsum. 3tio qa existo in illo, velut in aere volueris, vel ut in lumine magno, vel ut in igne semper ardenti, et nõ comburenti. 4to quia circumcolor ab eo, veluti Infans utero, cumq pro muro lecto nutritio habeo. Ô Anima mea quomodo nõ exultas, aspiciens teipsã hoc modo, intra Deum tuum! Quomodo audebis peccare.

Meditatio. VI.

De beneficio Vocationis ad Religionem.

Prælucdia ut supra.

Punctum 1mum. Considera Vocationem ad Religionem esse peculiare beneficium, et post divinã prædestinationem oium maximum, paucisq concessum. Religio enim est status Perfectionis, nõ qd omnes perfecti esse debeant, qui eam suscipiunt, sed quod quotidie ad Vitã Christianã perfectionem tendere debeant. Hæc est (dempto martyrio) angustissima porta et artissima via, qd ducit ad Vitam æternam, et pauci sunt qui inveniunt eam. In hâc si quis convenienter suis votis et regulis perseveraverit, probabilissimum argumentum habet, se esse in

numero

numero praedestinatorum. Haec est Schola Imitationis Christi. Locus meritorum.

Punctum 2dum. Considera dignitatem Vocationis religiosae. Quia vocatus ad Religionem eduxit te Deus. 1mo e tenebris mundi in admirabile lumen suum. 2do e servitute peccati et diaboli, in libertatem filiorum Dei. 3tio e terra et stercore in principatum, e sterquilinio caeno, inferno, in solium, paradysum, caelum. 4to e servo rurali in Aulicum intimum; ex mancipio perduelli, in filium consortem Regni, et quod maius est, post hanc vitam, idem Dominus Deus paratus est te evehere, ad insigniorem gloriae sublimitatem. Et quas pro tanta gratia referes gratias? quomodo rependes amorem?

Punctum 3tium. Considera Causas Cur hoc beneficium magno sit tibi pretio habendum. Prima est, quia est extraordinarium et gratuitum, et vix ex mille uni concessum. 2da Causa, quia Sancti Patres comparant illud Baptismo, eo quod per ingressum Religionis, et votorum emissionem, percipiat homo plenariam remissionem omnium peccatorum in vita saeculari admissorum. 3tia quia S. Gregorius dicit, quod sicut holocaustum excedit alia sacrificia, sic ingressus religionis, omne genus poenitentiarum et satisfactionum.

4ta. Quia S. Bernardus religiosam vitam comparat continenti Martyrio. 5ta. Quia religio est quoddam admirandum pactum, quo homo offert se facturum, quod sit propter Deum, Deus te-m offert sui Religioso centuplum pro alijs praemium. Agnosce ergo, suspice, et venerare Dei benignitatem.

Meditatio. VII.

De Nouem bonis Religionis à S. Bernardo descriptis.

In Religione vivit homo purius, cadit rarius, surgit velocius, incedit cautius, quiescit securius, irroratur crebrius, purgatur citius, moritur confidentius, muneratur copiosius.

Praeludia ut supra.

Punctum Unum. Expende sigillatim haec bona. Uno in religione vivit homo purius. Quia bonus Religiosus et Corpus habet purum ob castitatem; et anima ob fugam peccati Mortalis; et opera omnia ob intentionem rectam. Duo rarius cadit. Quia in Religione rara offendicula scandali, nulli laquei opum, honorum, etc. Tria surgit velocius. Quia divina subsidia promptiora et Superiorum, Confessariorum, Fratrum, Magistrorum Spiritualium adminicula frequentiora.

Punctum 2dum. Expende bonum 4tum

4tum. Incedit cautius. Quia multis regulis, quibus imperfectiones prohibentur, circumscribitur, et multos suorum morum habet Inspectores, quibus timet vel minima dare occasionem offendiculi. 5tum. quiescit securius, quia expers est omnis curæ, de victu vel amictu, et summâ fruitur conscientiæ pace. 6tum. irroratur saepius. Quia in exercitijs Spiritualibus ut in Orationibus, in Meditationibus, in Communionibus, in ieiunijs, disciplinis, alijsque etc. sed et particeps fit divinarum Inspirationum, consolationum, et donorum S. Spiritus.

Punctum 3tium. Expende ulterius reliqua bona, 7mum purgatur citius. Quia in religione quotidie Conscientia examinatur. Confessio, Communio etc. et aliæ satisfactiones iterantur. 8uum. Moritur confidentius, quia scit infallibilem esse promissionem Dei dicentis. Vende omnia et habebis thesaurum in Cælo. Quod si forte habeat aliquas imperfectiones, adhuc expiandas, scit se habere in Agone ex Privilegio Ordinis Indulgentiam Plenariam, ac post mortem plurima suffragia precum, ac Sacrificiorum. Nonum remuneratur copiosius. Quia qui relictis omnibus secuti sunt Christum, centuplum accipient, et vitam æternam possidebunt.

Meditatio. 8.

De Voto obedientiæ Religiosæ.

Præludia ut supra.

Punctum 1mum. Considera imprimis Naturã religiosæ obedientiã qđ sit inferioris ad superiorẽ propter deum voluntaria subiectio. Deinde considera excellentias eius, quod sit signum filij Dei. Nota veri religiosi, tutissima ad cælum via; pacem et securitatẽ internam generans; ab omni errore conservans; demũ considera Actus eius, qui sunt. Primò imperata vel insinuata superioris debitè exequi. 2do cũ executione externa operis coniungere abnegationem propriæ voluntatis et iudicij. 3tiò offerre se ultrò ad quævis abiecta, amore parendi, tibi seu Christo cum gaudio.

Punctum 2dum. Considera quã perfectũ nobis exhibuerit exemplum obedientiæ Christus Dominus, Dña Virgo, et alij Sancti. Quam tu hactenus tepidè eos sis imitatus, in cauendis defectibus contra obedientiã, ut sunt 1mò nõ parere ad nutum. 2do Mandata examinare. 3tiò invitè obedire, contraque murmurare. 4to differre imperatum. 5to simulare se exequi, et tamen nõ facere.

Punctum 3tium Considera Media obedientiæ

dientiæ eas serio exequere, quæ sunt. Primo Exemplum Christi intueri. 2do Expendere se per vota obligationem ita à nobis exigere. 3tio expendere hominem sibi fidentem posse facile errare et labi qui vero Superioris ductum simpliciter sequitur, nunquam.

Meditatio. IX.

De Voto Religiosæ Castitatis

Præludia Superioribus similia.

Punctum 1mum. Considera inprimis Naturam Castitatis, quæ est virtus, quâ quis ad maius Dei obsequium, prompte ab omnibus carnalibus voluptatibus abstinet. Deinde excellentias eius; quia Deo grata Beatæ V., Angelis, Sanctisque omnibus: quæ utilis ad familiaritatem cum Deo consequendam: et dona cælestia impetranda: quæ eximiam mentis tranquillitatem parat seu parit. Demum considera Actus eius quales sunt. 1mo. Custodire diligenter manus aures oculos et linguam. 2do Cogitationes immundiores statim reijcere. 3tio abducere se longe ab occasionibus et periculis impuritatis. 4to abstinere à calidiore cibo et potu ex amore castitatis 5to afflictiones corporis in eum finem quærere.

Punctum 2dum. Considera quam perfecte Christus Dnus, Beatissima Virgo, cæterique San-

eti Castitatem coluerint. Quomodo tu hactenus eos imitatus sis quod facile advertes, si considerave-ris quomodo tu hactenus cautus et sedulus fue-ris in cavendis defectibus contra castitatem, qui ex dictis eius Actibus colliguntur.

Punctum 3tium Considera Media con-servandæ Castitatis eaque similiter propone adhi-bere, qualia sunt 1mo. Otium vitare. 2do. Pœni-tentias, quæ carnem domant, sæpe et frequenter. 3tio studere devotioni et familiaritati cum Deo. 4to Candide se Patri spirituali in omni tentatione aperire. 5to. Omnes occasiones, Sermones particulares, mulierculorum amicitias vitare.

Meditatio. X.

De Voto Religiosæ Paupertatis.

Præludia Antecedentib. Similia.

Punctum 1mum. Considera inprimis Naturam ipsius, quia est votum, quo quis propter Deum omnibus rebus temporalibus abdicat. Deinde excellentiam eius, quia grata Deo; quia compendiose ad cœlum ducit. quia ad humilitatem disponit. quia à Cura temporalium liberat. Denum Considera Actus eius, qui his modi sunt. 1mo nulla re uti tanquam propria, vel sine

vel sine expressa Superioris licentia, 2do exuere affectum, etiam erga res minimas. 3tio vilissima optare et amplecti. 4to oblatis ab externis digre^{ss}u superioris facultate uti. 5to penuriam in rebus necessarijs, cibis, vestibus, libenter et cum gaudio sufferre. 6to exiguentam rem alterius etiam acicula nolle recipere. His consideratis desidera hos actus frequentare.

Punctum 2dum. Considera quam perfecte Christus, Beatma, et Sancti alij paupertatem amarint, coluerint, quam vero tu imperfecte eos imitatus sis, quod facile ex oppositis tuis actibus colligi potest: tum quia rebus tanquam proprijs uteris: tum quia cum affectu; tum quia sine benedictione: tum quia de penuria conquereris: murmuras, uti de victu, amictu, etc. Dolor. Propositum Christum imitandi.

Punctum 3tium. Considera Media asse- quendi paupertatem, quae sunt. 1mo obligationem voti crebro expendere. 2do paupertatem Christi, Beatmae et aliorum SS. intueri. 3tio licet res pares sint, affectu sensualitatis ad eas non applicare. 4to. Omnia conscribere et superiori manifestare desiderium. Propositum, orat de senio, sedulo, exequendi.

Meditatio XI.

De Beatissima Virgine Maria

Prærogatiuis

Præludium 1mum. Imaginare te coram Deo flecte-
re atq intueri Beatissimam Virginem Amictam sole, gratias
agentem et magnificantem deum, pro omnibus donis et præ-
rogatiuis, quæ sibi fecit qui potens est.

Prælud. 2dum. Pete gratiam, sublimitatem earum
prærogatiuarum cognoscendi Ut magis Deum laudes,
glorifices, ames, Beatissimæ M. Virgini congratuleris, imiteris,
et ad deuotionem erga eam accendaris.

Punctum 1mum. Considera eximias prærogatiuas à Deo Patre illi collatas. Ex quibus 1ma est
quod ab æterno prævisa, adamata et electa. 2da quod
in Conceptione ab originali labe præseruata. 3tia quod
plurimis et eximijs charismatibus et virtutibus
exornata. 4ta quod per internuntium Gabrielem
in Matrem Dei Filij sui assumpta. Deinde considera prærogatiuas à Filio illi concessas, quarum
1ma est. Quia dignatus est materiam pro sacro
suo corpore et eius sanguine purissimo accipe-
re, et in vtero ab eadem portari. 2da quod dignatus
est Vbera eius sugere, lacte ablactari. 3tia Ado-
lescens ab ea educari. 4ta habere eandem per-
petuam sociam suorum laborum, dolorum, gau-
diorum. Ad extremum Considera prærogatiuas
à S. Spiritu ipsi communicatas. 1ma quod ab

æ

eo est assumpta in sponsam electissimam. 2da In templum et sacrarium peculiarissimum. 3tia in Reginam Angelorum. 4ta in Reginam et Advocatam hominum. Ex his elice affectus Congratulationis. Gratiarum Actionis, Dei glorificationis etc. etc.

Punctum 2dum. Considera quae gratam se Deo pro his omnibus Praerogativis BMa exhibuerit, frequentando tam internos quam externos actus intimae humilitatis, gratitudinis, amoris, obsequij, zeli, gloriae Dei, leonardo ijsdem semper Dni, summa cum perfectione, iuxta debitum et eius beneplacitum. Ex his elice Zelum imitandi.

Punctum 3tium. Considera immensam et sublimem, tam essentialem quam Accidentalem gloriam B.V.M. collatam, tum ex infinita Dei liberalitate, quâ iustorum merita supra condignum remunerat; tam ex infinita iustitia, quâ etiam minutissima aestimat et compensat, tanquam charissimae Matri suae pro multiplicibus obsequijs et virtutibus perfectissimis. Unde non immerito non pauci Theologi sentiunt, collatam ipsi Dni gloriam esse maiorem gloria omnium SS. simul sumpta. Ex his elice affectus Congratulationis, Gratiarum Actionis, collaudationis divinae liberalitatis etc. cum colloquio et postulatione ad BMam Virginem Mariam pro simili imitatione.

Nota. Prorogativas has nō oportere simul oēs pro meditatione accipere, sed vel 1mi cantantum, vel collatas tantum a Deo Patre, aut Filio aut Spiritu Sancto; aut etiam assumere prorogativam convenientem festivitati occurrenti et expensā illā in primo puncto, punctum 2dum et 3tium eidem confirmare.

Meditatio IX.
De Sancto N.

Præludium 1mum. Constitue te per divinam fidem, coram Deo, coram quo procumbunt plurimi Sancti demittentes Coronas suas et dicentes. Benedictio et Gratiarum Actio Deo Nostro in Sæcula Sæculorum. Atq inter hos in Sanctum N. de quo debes meditari peculiariter, mentis oculos corrige.

Præludium 2dum Efflagita gratiā aliquot suspirijs largius cognoscendi, quod quantisq Deus gratijs hunc Sanctum N. plenavit, quam strenue ipse ijs cooperatus fuerit qm gloriose ideo coronari meruerit. Ut ardentius Deum in Sancto laudes, eius virtutes imiteris.

Punctum 1mum. Considera immensam gratiam Dei qm ergo hunc Sanctum N. ostendit. 1mo qā illum p multis alijs ex gratuita misericordia praedestinando ad suā elegit, 2do qā electum ad fidem et baptisma vocavit

Nō qu[?]

Xtô qa à multis tentaonibus peccatis, et peri:
culis salutis liberavit. 4to. Qa ad statum in quo
nô salvari tantum, sed et insignem sanctitatem,
consequi posset evexit. 5to qa plurima media
sufficiéntia et efficacia ad id consequendu, cũ per
severantiæ dono subministravit. Hæc ex peni-
tis recole et admirare, quomodo et tibi indigno
similem, uti speras, Deus gratiam contulit, et ulterius
paratus est cõferre, postea excita in te affectus
congratulaõnis Sancto N. Gratiarum Actionis
laudis Dei. Amoris. Zeli cooperandi divi-
næ gratiæ.

Punctum 2dum. Considera qm strenuè
hic Sanctus N. acceptis Naturæ et gratiæ do-
nis, coöperatus fuerit. vel continuo studio pro-
ficiendi in dies in triplici viâ perfectionis
vel perfecta sui abnegaõne, vel Christi Domini
Heroicarũ virtutum imitatione, vel ardenti ze-
lo promovendæ laudis Divinæ, et salutis
proximorum, vel continuo exercitio certarũ vir-
tutum v. gr. mortificaõnis, castitatis, humili-
tatis, misericordiæ, etc. qbus maximè claruit.
Hæc aut aliqbus ex his ponderatis, examina
te ipsum an et tu talium et talium virtutũ,
aliquid in te habeas, vel non. Postea Sancto

de strenua cooperatione gratiae congratulare.
Deo gratias age, de tua socordia erubesce,
Emitari statue, media elige, gratiam pete.

Punctum 3tium Considera quam liberaliter Deus Sancti huius conatus seu cooperationem gratiae sibi datae remuneravit tam in hac quam in altera vita. In hac quidem tot extraordinarijs gratijs, coelestibus solatijs, miraculis, animam per ipsum conversionibus, peculiari assistentia in Morte, vel auxilio in Martyrio eum exornando. In altera vero vita et omnis in terris; memoriam eius celebrem in Ecclesia constituendo, templa sub titulo eius aedificari, miracula ad sepulchrum eius imo per contactum vestimentorum et reliquiarum eius fieri permittendo. Deinde in coelis essentialis et accidentalis gratiis, praeeminentijs eum cumulando, singulis eius meritorijs operibus peculiares gradus gloriae tribuendo. Insuper tot extraordinarijs laureolis vel Virginum vel Martyrum, vel doctorum, nec non et peculiaribus corporis gloriosi dotibus, et gaudijs eundem exornando. His expensis congratulare Sancto, excita spem, desideriumque similis gloriae, similibus medijs, quibus ille usus.

8.ns ponerendd.

Meditatio. 13.
De Perfectione Virtutum S. Pauli Primi Eremitæ

Prælidia iuxta communem modum meditandi de Sanctis.

Punctum 1mum. Expende in q[uo]m perfecto gradu virtutes habuerit Sanctus Pater. 1mo. Silentium, nihil n[on] modo illiciti, inutilis et otiosi extra tempus et locum, sed nec liciti, et utilis proferendo, 2do. Jeiunium, nihil conditi, nihil cocti, imò etiam crudis magna cu[m] parsimonia vescendo. 3tio. Paupertatem, nihil exquisitum, nihil superfluum affectando, sed nec commoda necessaria, nimirum vestem, lectum, et habendo, o[mn]ia mundana ut stercora arbitrando. 4to. Orationem, in qua totas dies et noctes traducebat. 5to. Castitatem consortium, imò aspectum toto vitæ tempore, fœminarum fugiendo. 6to Contemplationem, soli deo insatiabili studio vacando, seseq[ue] illi per affectus Amoris, et glorificationis univiendo. Admiratio. Congratulatio. Imitatio

Punctum 2dum. Expende q[uo]m perfecte et et meritorie eandem virtutum actus frequentarit, et. 1mo n[on] casu, aut Consuetudine, sed cu[m] ord-

bra renovatione puri intentionis eas pera-
gendo, respectando in ipsis solam gloriam, et beneplacitum Dei. 2do nō pigrè, sed cum plenâ divinum meritis et actionis applicatione, exacte diligenter, easdē absolvendo. 3tio nō semel aut bis, sed sæpius per diem, constanter usq ad mortem ipsam, eas continuando, si cum hac perfectione tuos Actus vel unica septimana peragores, quantum cumulum meritorum brevi haberes! Zelus imitandi!

In Sexto puncto poteris expendere, quomodo hunc conatum illi Dnus Deus remuneravit, et supra de vita eiusdē.

Meditatio. 14.

Profesto eiusdem S. Patris

Ex Evangelio. De suavi iugo Christi.

Præludium 1mum. Imaginare Christum Dominum, ut Generalem Prædicatorem, ministris[?] dicens ad suū iugū trahentem.

Præludium 2dum. Pete gratiā auscultandi et adimplendi sermones eius.

Punctum 2dum. Considera quomodo sibi Dnus Nr Jesus, fidem et authoritatem apud Auditores, conciliet, dicendo 1mo omnia sibi tradita eē à Patre. 2do in potestate sua esse, ut notitiam de eodem Patre, cui vult revelare

possit

positi. et hoc vel ideo maxime, ut citius et faci-
lius ad iugum suum seu ad Evangelicis perfectionis stu-
dium, quod in accurata diuinorum praeceptorum, consi-
liorum et regularum, cuius statui propriarum observa-
tione consistit. Fides, obedientia.

Punctum 2dum. Considera, quam suauibus
modis omnes ad id inducat. 1mo Exemplo suo di-
cendo. Meum. quasi prius ipse illud portans. 2do.
Promissione Refectionis dicendo. Et ego reficiam vos.
3tio Promissione pacis in hac vita, et beatitudinis
in altera, dicendo. Et invenietis requiem anima-
bus vestris. Atque si serio expendens, et non te
serio resoluens, ad serium perfectionis studium,
time ne te incipiat evomere ex ore suo, ob te-
piditatem tuam.

Punctum 3tium. Considera quam ef-
ficaciter amplectendum hoc iugum persuadeat
explicando illud esse suave et leve. Suave ob
abundantiam coelestium consolationum. Leve,
ob auxilium peculiaris gratiae. Expertus est
hanc suavitatem et Levitatem Primus Pater
Noster Paulus, qui nonaginta annis in va-
stissima Ereno diuinis consolationibus i-
dentidem recreatus et specialis gratiae au-
xilio sexaginta annis per corvum quoti-
die pastus fuit.

Meditatio 15.

De Vita eiusdem S. Patris

Praeludia iuxta communem modum meditandi de Sanctis. Punctum 1mum. Expende quomodo Dnus Deus Beatum Paulum, quem ab aeterno in primum Eremitam praedestinarat, ita in tempore ad hunc statum, ex gratia sua per varia et mira media direxerit. 1mo mirabiliter ad fidem vocando. 2do a tot gravibus peccatis periculis salutis praeservando. 3tio Consobrinos contra eum exacerbari permittendo. 4to per aversionem a rebus mundanis menti eius immittendo. 5to ad vitam Eremiticam, in qua non salvari tantum, sed insigne gloriae coronam posset promereri, sic efficaciter trahendo. Similem dei quoque providentiam in te eligendo et gratiam agendo, vti speras vocando tot gratiis praeveniendo, huc usque deducendo, crede et admirare.

Punctum 2dum Expende quam graviter S. Paulus oblatis sibi tantis gratiis cooperatus fuerit. 1mo Angelicam mentis et corporis puritatem conservando. 2do a mundo totaliter et conuictu hominum abstrahendo. 3tio solus cum solo Deo in Eremo vivendo. 4to Corpus vigiliis, inedia, humicubationibus

Et

frigore, asperitate vestis palmaris, quae (ut credibile est) illum saepius cruentabat, et alijs mortificationibus macerando. 4to vero devotionis et divinae contemplationis exercitijs avidissime inhiando, et constantissime vacando. Has virtutes tu in Patre tuo perspice, et si non vis degener esse, illas imitari satage.

Punctum 3tium. Expende quam superabunde Deus pios labores sancto Patri remuneravit. 1mo in Vita, pascendo eum aliquot annis dactilis, et sexaginta per corvum dimidio panis fragmento: vestiendo palmae folijs. Studium quaerendi eum S. Antonio per revelationem ingerendo, per lupam demonstrando; in tentationibus varijs gratia sua speciali confortando. Visitationes caelestes saepius elargiendo; mortem proxime futuram manifestando; Prophetiae dono exornando. In Morte. Visitatione S. Antonij dignando; corpus exanime erectum extensis manibus, ac si viveret conservando. Post Mortem. Animam inter Prophetarum et Apostolorum coetus in Caelum deducendo, per leones non sine ingenti miraculo sepeliendo. Famam nominis eius (qui semper latuit) per totum orbem divulgando. Festum Natalis eius in militante Ecclesia constituendo. Ordinem et templa

sub titulo eius erigendo. Translationibus sumptuo-
sis et solennissimis, extremo Constantinopoli ab
Emanuele Caesare, deinde Venetias: postremo Bu-
dam honorando. Multa miracula per invocatio-
nem eius, sive ad sepulchrum, sive alias in qua
cunque necessitate fieri permittendo. Insuper in
Caelo, essentialis et Accidentalis gloriae eminen-
tijs, nec non extraordinaria laureola tanquam Pri-
mum Eremitam exornando. Ex his expensis congratu-
lare Sancto, excita spem similis gloriae similibus
medijs promerendae.

MEDITATIONES pro via ILLUMINATIVA

Meditationes, quae ad Illuminativam Viam per-
tinent versantur circa Vitae Christi Domini Nostri
mysteria, ab Incarnatione usque ad Mortem eius
in Cruce: quae in tres partes dividuntur. Pri-
ma versatur circa Christi ipsius Incarnatio-
nem et Infantiam. 2da circa conversatio-
nem cum hominibus et Praedicationem. 3tia
circa Passionem et Mortem eius. Et quoniam
Vita Christi est motivo nobis ad meditandum

proponi

proponitur, ut & illa humilitatem, patientiam, aliasque eius heroicas virtutes hauriamus, & sicut filij charissimi imitemur; ideo curandum & conandum est ut intentioni huic totis viribus & intimo charitatis affectu correspondeamus.

DE INCARNATIONE & INFANTIA CHRISTI

Sicut omnium mirabilium operum Dei, mirabilissimum est Incarnati & Nati ex Virgine Aeterni Verbi Mysterium: sic conveniens est, ut ab omnibus veris Ecclesiae filijs et praecipue Religiosis, diligenter & devote recolatur. Sicut enim ipse Jesus factus pro Nobis Infans, accomodatum Infantibus Cibum lac & mel (ut Isaias ait) sumpsit: ita eius Incarnationis & Infantiae Mysteria meditantibus Tyronibus, quippe abundantius solet divinarum consolationum lac & mel communicare, quo facilius eos à terrenis ablactet, excitetque ad suarum virtutum Imitationem. Ad quod utrumque consequendum, multum conferent sequentes Meditationes, si attente expendantur, affectus in ijs insinuati, devote eliciantur, piaque proposita in praxim redicantur.

Meditatio I

De æterno Consilio Incarnationis Filij Dei.

Præludium 1mum. Præmissa præparatione iuxta praxim meditandi, reuoca in memoriā miserabilem sortem hnum in Originali et alijs peccatis pereuntium.

Præludium 2dum. Imaginare Deum Trinum et Vnum in Throno splendidissimo residentem de restauratione hominum in peccatis pereuntium, idq per Incarnationem consulentem et decernentem.

Præludium 3tium. Pete gratiam aliquot suspirijs debitè meditandi, et affectus congruos circa hanc materiam eliciendi.

Punctum 1mum. Deus Vnus et Trinus decreuit ab æternitate duas Creaturas, Angelicam et Humanam ad cælestem beatitudinem condere, eisq ad hunc finem consequendum suauia et efficacia media, eisq proportionata præordinare. Admiratio, Amor, Zelus, Gloriæ Dei.

Punctum 2dum. Idem Dnus Deus, præuidens vtriusq conditæ Creaturæ, ex proprio liberi arbitrij elatione lapsum ab æterno constituit in Angelos suæ rigorem exercere iustitiæ, erga homines verò ostendere superabundantiam misericordiæ. O benignitas, ô Charitas. Hic concipiendus constans

timor

timor Domini, et horror cuiusvis peccati, excitanda compunctio de nostra ingratitudine, petenda misericordia.

Punctum 3tium. Idem Dnus Deus quidens in Arcano, æternoq inscrutabilis Sapientiæ suæ consilio, plurima reparationis humanæ media, cuiusmodi erant: vel penitus culpam condonare, vel novum hnem creare qui pro cæteris satisfaceret, vel Angelo cuipiam hanc curam demandare, elegit convenientissimum et excellentissimum, scilicet Incarnationem Unigeniti Filij sui; qui Homo factus pro homine lapso, ex rigore iustitiæ abundantissime satisfaceret. ô felix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem. Gratiarum Actio. Amor. Gratitudo. etc.

Meditatio II

De Primo Motivo Incarnationis, quod est Maxima Dei Gloria.

Præludia ut supr.

Punctum 1mum. Ubi decretum fuit in eodem arcano SSmæ Trinitatis consilio ineffabile Incarnationis Mysterium, Filius Dei ultro se offert, ad tam arduum opus suscipiendum, eo tempore et modo, quo iam fide constat esse peractum, et hoc primario propter maxima

inde resultantem Divinæ Maiestatis gloriam, quæ exinde apparet 1mo quâ hoc Mysterium est, quo maius aliquid à tota Dei potentia nec fieri pt, nec æquale unqm factum est aut fiet. In eo enim Nata humana in Christo, ad natalem Filiatione Dei ad Virtutem merendi Sanctificandi animas evehitur. Quo quid admirabilius. quid divinius concipi pt. Gaudium de Divina gloria, Amor, Gratitudo.

Punctum 2dum. Expende ulterius eandē maiorem Dei gloriam in hoc sacro Mysterio quæ ex eo apparet. 2do quâ Deus infinitè laudabilis, honorabilis, amabilis, cum à nulla pura creatura debitus cultus ei exhiberi posset, per Incarnationem istam per qm Filius Dei factus est Homo, ipse Deus et Homo in Natura humana assumpta condignum Divinæ Maiestati cultum, Honorem, Amorem, Gloriamque deferre potest. O qm ardenter ista Christus exhibuit. Zelus Gloriæ Dei, Gratitudo.

Punctum 3tium. Expende adhuc ulterius hanc Maiorem Dei Gloriam in hoc Mysterio et ex eo. Quâ in illo elucent clarissimæ perfectiones Dei. 1mo Sapientia, quia admirabile medium generis humani liberandi adinvenit. 2do Charitas, quâ Filium suum pro inimicis dedit. 3tio Misericordia et

Justitia

Justitia, quæ debita peccatorum nrorum in se recepit, et pro illis rigorose satisfecit. Sanctitas, quæ omnium virtutum divinum Exemplar, in Verbo Incarnato ad imitandum nobis proponit. Affectus superiores repetendi.

Meditatio III.

De secundo Motivo Incarnationis quod est hominum Redemptio, et à peccatis Liberatio.

Prælucida præcedentia.

Punctum 1mum. Filius Dei cum Patre et Spiritu Sancto, prævidens Adæ peccatum, illiusq; in omnes homines transfusionem, simulq; omnia alia enormia peccata libere committenda, decrevit in arcano sapientiæ suæ consilio, pro ijs omnibus in natura humana passibili satisfacere, ærumnosum 33. annorum exilium subire, mira facere, dira pati, atrocem mortem perferre, prout suo tempore factum credimus. ô quàm gravia sunt nra peccata, pro quibus sic oportet Christum pati.

Punctum 2dum. Prævidens item pœnas ob Adæ prævaricationem hominibus inflictas, ut ignorantiam in Intellectu, malitiam in voluntate, propensionem ad malum, aversionem à bono, obdurationem in peccatis, et pene innumeras corporales miserias, uti sunt morbi, bella, fames, mors etc. decrevit ab his quoq; nos liberare, providendo idonea

remedia nostrasq miserias in se expiandas suscipiendo. Gratitudo. Amor.

Punctum 3tium. Prævidens similiter omnes pœnas damni et sensus, peccatis debitas, quas æternum eramus subituri, commiseratione tactus statuit eas quoque in passibili corpore assumpto expiare. Quam ingens misericordia Dei in nos ab æterno. Gratitudo. Amor. Zelus patiendi pro peccatis.

Meditatio IV.

De Tertio Motivo Incarnationis, quod est hominum Instructio.

Præludia Antecedentia.

Punctum 1mum. Filius Dei cum videret homines originali corruptos labe, excæcandos quoad intellectum ut quid agenda vel omittenda sint, satis videre non possint, decrevit assumere naturam humanam, ut doceret homines omnes cujusque ætatis et conditionis, status, sexus, ordinis, omnem perfectionem cuique congruentem, idque zelo gloriæ Dei Patris, ac primum quidem decrevit vita sua innocentissima docere verbo et exemplo viam Purgativam, cavendo omnem etiam minimæ imperfectionis suspitionem, peccataque aliena deflendo quam maxime evitandus.

Punctum 2dum. Deinde statuit docere viam Illuminativam, dando absolutissimum Exemplar omnium solidarum virtutum, et modum exercend

cendi eas, quoad actus externos et internos in omni oblata et quadsita occasione. Telus proficiendi in virtutibus secundum Exemplar Christi.

Punctum 3tium. denique decrevit docere Nos, similiter viam unitivam, proponendo nobis ideam arctissimae cum Deo Principio ac fine nostro Unionis, nostraeque voluntatis cum illius divina omnimodae conformitatis. Quam merito haec Unio optanda.

Meditatio. V.

De Quarto Motivo Incarnationis quod est omnium bonorum gratiae impetratio.

Praeludia Antecedentia.

Punctum 1mum. Filius Dei similiter praevidens maximam hominum fragilitatem, ex peccato originali provenientem, ut quae sint recta absque peculiari gratia, praestare minime valeant, decrevit in eodem Smae Trinitatis consilio, in natura humana assumpta omnibus promereri sufficientem, plurimis superabundantem gratiam, requisitam ad veniam peccatorum, vitaeque emendationem, et augmentum charitatis acquirendum, tot Sacramenta in hos fines instituendo, tot impedimenta removendo, et media tot suavia et efficacia, ex sola dilectione gratisque absque ullis nostris meritis procurando,

ô amor, ô liberalitas. Gratitudo. Feruor proficiendi.

Punctum 2dum. Idem Filius Dei inspiciens hominum in bono inconstantiam, Voluit itidem omnibus Electis promereri donum finalis perseuerantiæ, cum omnibus requisitis, ad constanter continuandum studium progrediendi in triplici via. Gratitudo. Spes perseuerantiæ.

Punctum 3tium. Denique decreuit sua Incarnatione sua omnibus et singulis promereri gratiam vel gloriam cuiusque meritis proportionatam. ô ineffabilis Charitas. Amor. Gratitudo. Spes, Zelus Deo placendi.

Meditatio VI.

De Electione Matris Verbi Incarnati.

Preludia vt supra.

Punctum 1mum. In æterno illo diuinæ Trinitatis consilio decretum est, vt Filius Dei non modo fieret homo sed etiam filius hominis, hoc est, vt carnem ex sanguine humano assumeret atque adeo mulierem haberet Matrem in terris, idque variis ob causas. 1mo quia per omnia nobis voluit assimilari præter peccatum. 2do vt vtrumque sexum honore afficeret. 3tio. vt quia Vnus Vir et Vna mulier nobis nocuerat,

cta divisim per unum virum et mulierem unam, omnia restaurarentur. Gratitudo. Dilectio &c.

Punctum 2dum. In eodem illo Consilio inter innumeras fœminas et Virgines conjecit Dnus Deus oculos in Beatissimam Virginem Mariam, eamq gratuitâ Electione absq prævisis meritis elegit, ut foret Verbi Incarnandi Mater, Secunda post Filium Dei in Numero Electorum, Mediatrix, per quam accessum haberemus ad ipsum. Quanta ideo gratia Deo agenda. quam congratulandum Sstmæ Matri de tam extraordinarijs prærogatiuis. quanta fiducia ad eam recurrendum.

Meditatio VII.

De Prærogatiuis Electæ Matris Verbi Incarnandi,

Præludia ut supra.

Punctum 1mum. Postquam Electa est Beata Virgo in Matrem Dei, ut esset grata et placeret in conspectu Verbi Incarnati, cui erat materna obsequia exhibitura, in eadem illa Electione, decretum fuit. 1mo ut in Conceptione ab originali labe præservaretur. 2do ut omnis mali fomitis et concupiscentiæ expers esset. 3tio ut confirmaretur in gratiâ, ne unquam ab eâ

excidere per lethale peccatum posset. 4to Ut in ipso conceptu tanta gratiâ sanctificantis ei copiâ infunderetur, quanta nulli Angelorum aliorum esset impetranda 5to Ut Sanctificationis in Utero praeveniretur. Gratiarum Actio. Congratulatio. Devotio.

Punctum 2dum Eodem illo Electionis decreto statutum fuit, Ut Beatissima Virgo tam eximys praedita charismatis, assidua cooperatione immensos sibi habitualis gratiae accumularet in terris thesauros, et consequenter inaestimabile gloriae pondus, supra alios Sanctos sortiretur in caelis. Affectus Ut supra.

Meditatio VIII.

De Promissione Incarnationis et desiderÿs eiusdem.

Praeludia Ut supra.

Punctum Unum. Expende quomodo Dominus Deus, ex infinita misericordia et compassione pater[n]a divinissimum hoc Mysterium Protoplastis Nostris (ne in exilium mox ejiciendi, desperata omni spe remedy, animum omnino desponderent) statim post lapsum promisit, cum diceret ad serpentem. Inimicitiâ ponam inter te et mulierem, etc. Gen. 3.

Idem alys Patriarchis post diluuium in varys figuris, præcipue vero Abrahamo reserauit. Idem in super tempore legis scripta Dauidi, Isaiæ, et alys compluribus Prophetis reuelauit. Quid ergo tibi faciendum, cui tanti Mysterii notitia clara est communicata? quam tua sors felicior? Gratiarum Actio. Gratitudo. Amor.

Punctum 2dum. Expende quam ardenter et frequenter singuli Patrum prædictorum, Prophetarum et iustorum non solum hic in vita, sed et post mortem in limbo tot centenis imo etiam millenis annis desiderarint aduentum saluatoris: qui eis remedium allaturus erat contra originalem corruptelam et alia peccata: quam constanter hæc sua desideria continuauerint: quoties vota precesque iterauerint, quæ omnia eo ardentius repetebant, quo diuiniorem eius aduentum ex reuelatione præsciebant. Quo tu merito gratitudinis, amoris, congratulationis affectu te accingere deberes ad illum iam dudum pro te Incarnatum et passum, suscipiendum.

Punctum 3tium. Expende item desideria Angelorum, cum diuina reuelatione didicissent per Saluatorem venturum ruinam cælestis

Hierusalem instaurationem.

Meditatio IX.

De præcipuis Virtutibus Beatissimæ Virginis.

Prælud. ut supra.

Punctum 1mum. Considera inprimis virtutes, quas habuit erga Deum, videlicet Fidem, Spem, Charitatem, et Religionem. Expende in quam eximio gradu eas habuerit, quam pure, intense, constanter, et frequenter earum Actus, tam internos quam exter nos frequentarit. Congratulatio, Zelus imitandi.

Punctum 2dum. Considera deinde virtutes illius erga seipsam, videlicet humilitatem, virginitatem, mortificationem, et Patientiam. Expende itidem, in quam perfecto gradu eas habuerit, et quam eximios tam internos quam externos earum actus multiplicarit. Affectus superiores.

Punctum 3tium. Considera simili modo, quam eximiæ in ea fuerint virtutes quibus eminuit erga proximos; nimirum Charitas proximi, Obedientia, Misericordia, Modestia. Demum expende, quomodo et internos et externos earum Actus exercuerit. Affectus iidem.

Meditat. X

Meditatio X.
De Natiuitate, Vita, B. Virginis usq; ad Incarnationem.

Præludium I. Breuissima commemoratio Historiæ.
Prælud. II. Imaginatio domus in qua Bsma Virgo Nata.
Prælud. III. Petitio humilis Gratiæ.

Punctum 1mum. Considera quomodo appropinquante plenitudine temporis, quo Deus Pater Filium erat missurus in mundum, voluerit nasci, nouem post Conceptionem elapsis mensibus, cum pleno rationis usu, Beatam Infantem Virginem, quam Parentes reuelatione, ut piè creditur, diuinâ Mariam, quod significat stellam Maris, seu Mare amarum, seu populi Magistram, vocauere. Expende hic gaudium Ssmæ Trinitatis ex isto natali, Angelorum, Patrum in limbo, et aliorum iustorum. Deinde supplica huic Virgini, ut ea erga te præstet, officia quæ ejus significantur nomine.

Punctum 2dum. Considera quomodo tertio ut creditur anno, à parentibus sit in templo præsentata. Expende hic promptam ejus deuotionem, cum quali gaudio iter hoc peregerit quomodo triennis Infans 15. gradus templi Salomonis, sine adiumento ascenderit, quomodo in ipso aditu templi Deum adorauit, seipsam in perpetuũ

obsequium obtulerit. Admiratio, Devotio, Imitatio.

Punctum 3tium. Considera vitam et occupationes Beatæ Virginis in templo et in domo illa per 12. annos, quomodo in dies magis et magis in via Perfectionis progrediebatur: quomodo magnam diei partem in lectione, meditatione, oratione, et contemplatione consumpserit: alteram verò partem diei operibus manuum serviens templo, et sociarum commodis tribuerit. Expende hic quam pura intentione, quâ perfecta attentione, quam flagranti devotione, quam strenuè omnium virium mentis et corporis applicatione, hæc opera Bma peregerit. Affectus superiores.

Meditatio XI.

De Tempore completi Mysterii Verbi Incarnati.

Præludia superiora.

Punctum 1mum. DEus hoc maximum mysterium, uti ab æterno decrevit, ita in tempore executioni mandare voluit, usque ad annum ab orbe condito 5199. idque ex inscrutabili abysso Sapientiæ suæ, ob has congruentes rationes. Imo ut ingraves cente tot sæculis morbo, magis appareret necessitas remedij, et virtus Medici. 2do ut tantæ gratiæ exhibitio eò pluris æstimaretur, quo diutius

differetur

differetur. 3tiò Vt dilata Patrum desideria cre-
scerent. Admiratio Diuinæ Prouidentiæ, Gratitu-
do, Amor.

Punctum 2dum. Deus eo tempore voluit Filium
suum Incarnari, quo mundus totus in maligno erat
positus, tantaq gratiâ indignus: quo idololatria
latissimè dominabatur: quo fidelium Israelitarum
erat raritas, quo populus dilectus in tot sectas
diuisus, pessum ibat: Vt constaret hoc tam inæ-
stimabile beneficium mundo ingrato, indignoq ex
gratuito Diuinæ pietatis beneplacito collatum. Affectus
superiores.

Punctum 3tium Considera, quomodo B. Virgo
tametsi ab initio vsus rationis continuò deside-
rauit aduentum Christi in mundum, tamen eò ar-
dentiùs sub instans ipsum Incarnandi Verbi,
quo maiorem interim in sanctitate et gratiâ habi-
tuali fecerat progressus. ô quoties suspirauit,
vt sibi liceret ancillulam et infimam Matris
Dei. Admiratio. Deuotio. Imitatio.

Meditatio. XII.

De Missione Gabrielis. Salutatione deliberatione, et consensu B. Virginis.

Præludium 1mum Quomodo Gabriel ad Beatã
Virginem sit missus.

Præludium 2dum. Imaginatio domunculæ in Na-
zareth B. Virginis.
Præludium 3tium. Petitio gratiæ, vt hæc cogno-
scere possim.
Punctum 1mum. Cum iam adesset optatum illud
momentum verbi Incarnandi, Deus ex misericordia
sua infinita mittit legatum Gabrielem ad B. Vir-
ginem. Summa legationis erat, vt vellet esse Mater
verbi Incarnandi, quam Angelus sic in primis sa-
lutat. Aue gratia plena, Dnus tecum benedicta
tu in mulieribus. Expende in primis dignatione
et sapientiam Dei Creaturæ sub liberum consensu
in re tanta requirentis. Expende postea huius Vir-
ginis prærogatiuas.
Punctum 2dum. Humilis ac prudens Virgo
ad laudes suas erubescens nihil respondet, quā
Angelus suauiter consolans his erigit verbis.
Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Deum,
summamque legationis enarrat. Ecce concipies et
paries filium etc. Quærit Bma Virgo, quomodo
fiet istud, nō quasi incredula Angelo de
mysterio, sed de modo eius complendi sollicita,
ob castitatis votum; cui Angelus benigne mo-
dum exponit inquiens. Spiritus S. superueniet
in te, et virtus etc. Expende quam eximios
internm

interim B. Virgo affectus Fidei, spei Humilitatis, Admirationis, Gratitudinis, Amoris, Resignationis etc. elicuerit. Congratulare ei tantam excellentiam et æmulare in affectibus.

Punctum 3tium. Deliberatione debita præmissa consentit B. Virgo Divino beneplacito, inquiens: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, vbi expende 1mo. Eius humilitatem, dum se ancillam appellat, ac nominat mox Mater futura. 2do. Resignationem, dum in omnibus divino se submittit beneplacito. 3tio. Fidem cum Modestia coniunctam, dum tam arduo operi consentit licet se putaret tanto munere minus dignam. Imitatio.

Meditatio. XIII.

De Executione Incarnationis.

Præludia vti in præcedenti Meditatione

Punctum 1mum. In momento quo B. Virgo consensit, statim tota Sanctissima Trinitas, corpus perfectum Christo ex purissimo Virginis Mariæ sanguine formavit, animam rationalem creavit, corporique formato infudit vtrumque autem sic Personæ Verbi univit, vt eadem fieret Persona Dei et hominis, atque ita vnus et idem esset Deus et homo, idque fecit ex infinito amore, vt homines ex natura filios iræ efficeret filios gratiæ. o ineffabile pietatis mysterium.

Expende cum quali exultatione sibi complacuit Sanctissima Trinitas, in hoc divinorum operum divinissimo completo.

Punctum 2dum. Porrò in hoc magis adhuc commendavit nobis Filius Dei suum amorem, quod licet illi deberetur corpus impatibile, ob immunitatem à labe originali: et gloriosum ob claram visionem Dei, quâ secundum animam ferebatur: tamen passibile, mortale, et infantile assumpsit. Imo ut aerumnas, opprobria, tormenta, mortem tolerando, abundantius pro peccatis nostris satisfaceret. 2do ut nobis humilitatis, patientiae, mortificationis aliarumque virtutum exemplar praeberet. 3tio ut nobis per omnia similis, facilius et efficacius nos pelliceret ad sui amorem. Gratiarum Actio. Amor. Imitatio.

Meditatio XIV.

De Perfectionibus animae Christi.

Praeludia ut supra.

Punctum 1mum. Eodem primo Incarnationis momento infusa fuerunt Sanctissimae animae Christi, ea quae Filium Dei decebant Charismata. 1mo Impeccabilitas. 2. Sanctitas supra omnes puras creaturas. 3. Clara Dei visio cum amore et gaudio beatifico. 4. Scientia excellentissima omnium praeteritorum, praesentium, et futurorum. 5.

Potestas

Potestas excellentiæ in ipsa interiora cordium, remittendi peccata, flectendi corda. 6. Potestas largiendi diuina charismata, instituendi Sacramenta. 7. Gratia capitis militantis et triumphantis Ecclesiæ. His expensis congratulare Christo et concipe spem magnam et amorem, erga talem Mediatorem.

Punctum. 2dum. Expende singularem prædictarum Prærogatiuarum magnitudinem, inspiciendo earum 1mo latitudinem, qua late se nimirum, extendant. 2do sublimitatem quoad intrinsecam earum perfectionem. 3tio Longitudinem seu durationem æternam. 4to profunditatem seu incomprehensibilitatem earundem. Affectus superiores renouandi.

Punctum 3tium. Expende quanta ex his prærogatiuis redundet gloria in totam diuinam Trinitatem, quanta in totum genus humanum dignitas, quod in Christo sic exaltatur. Gaudium, Gratitudo, Amor.

Meditatio XV.

De Affectibus a Christo Dno in momento Conceptionis elicitis.

Præludia Antecedentia.

Punctum 1mum. Quatuor Actus distinctum Christus Dnus in instanti Conceptionis suæ erga Deum elicuit. 1mus fuit profundissimæ humi-

litatis suum, quâ homo nihilum intuendo. 2dus intimæ gratitudinis, gratis sibi tot dona collata recognoscendo. 3tius ardentissimi amoris, tantam dei bonitatem arcté diligendo. 4tus promptissimæ obedientiæ, ad omne Patris beneplacitum se offerendo, ô si toto corde hos quatuor actus, exemplo Christi, quotidie frequentares, quam gratus Deo fores.

Punctum 2dum. Eodem instanti videns Christus clare omnium hominum peccata quibus Deus offenderetur, insuper et Patris beneplacitum volentis, vt illa per se expiaret, elicuit similiter suos intensissimos erga homines Actus. 1mo doloris de tanta eorum malitia et offensa Dei. 2do Amoris, quos à Patre etiam tantum amari cernebat. 3tio desiderij, volendo eos quamprimum redimere. Quid retribues ô Homo tanto amatori?

Punctum 3tium. Eodem instanti clare et singulari vidit omnes ærumnas et tormenta, quæ tota vita sua pro salute hominum, sibi erant perferenda, ad quæ omnia promptissime se obtulit, eaque tanquam præceptum amantissimi Patris pro saluandis hominibus, non generatim tantum pro omnibus, sed nominatim pro singulis, quos tunc præ oculis habuit, acceptauit, et fructum meritorum suorum cuique

speciatim applicauit. En qualis amor Christi tui,
à primo Incarnationis momento, te prae oculis habentis,
pro te se offerentis.

Meditatio XVI.

De Affectibus à B. Virgine in Conceptu Filij Dei elicitis.

Praeludia ut supra

Punctum 1mum. Expende quomodo B. Virgo, eodem Spiritu, qui super Filium eius eminentissime requieuit afflata, dum incomprehensibile Incarnationis Verbi Mysterium, in se diuina virtute perfici sentiret, eosdem quatuor affectus, humilitatis, gratitudinis, amoris, resignationis, quos tota vita familiarissimos sibi habuerat, eminentiori modo exercere cepit, et reliquo vitae cursu continuauit. Quam aequum foret, si talis Matris filius esse cupis, in his affectibus eam imitari.

Punctum 2dum. Expende quomodo itidem suum Filium imitata, et erga Proximos exercuit affectus Compassionis de tot eorum peccatis. doloris de offensa Dei. Amoris desiderando omnium ceu fratrum perfectionem ac salutem resolutissime. Imitatio in eisdem affectibus frequentandis.

Punctum 3tium Expende quomodo similiter exemplo Filij B. Mater, renouavit affectus resignationis, et oblationis sui ipsius, ad omnia

amplectenda, facienda, et perferenda, quæcunque Deus ab æterno decreuisset et in tempore vellet se, quantumuis probrosa et acerba tolerare et pati. O quam grata Deo perfecta mei ipsius oblatio.

Meditatio XVII.

De Visitatione Elisabethæ

Præludium 1mum. Breuis commemoratio historiæ.
Præludium II. Visio imaginaria itineris, Personarum.
Præludium 3um. Petitio conuenientis gratiæ.

Punctum 1mum. Vbi Christus Dominus conceptus est, auspicaturus munus Saluatoris, properauit ad Joannem Præcursorem suum sanctificandum, per quod excitauit Matrem ad Elisabetham visitandam. Expende 1mo quo ardore B. Virgo montana transcedens, familiares sibi humilitatis, gratitudinis, Amoris affectus frequentarit. Expende 2do quomodo eminentius eosdem benedictus eius Filius, licet adhuc vtero clausus continuarit. Quam iustum est et te, qui ad montem perfectionis conscendendum vocatus es eosdem imitari.

Punctum 2dum. Salutat prior B. Virgo Elisabetham, qua salutatione mediante, Christus in vtero eius conclusus, sanctificat et vsu rationis donat Joannem: Elisabetha sentiens exultantem Infantem in vtero, Spiritu S. repleta, prædicat Benedictam Matrem Dei indignamque se eius visitationis obsequio dicit. Quam iuste et tu te humiliare debes, dum namque

dignationem depraedicare, qui ad te sanctificandu[m] totiès in sancta Communione venit.

Punctum 3tium. Beata Virgo sic laudata non reddit vicem more mundano, sed Deo omnia adscribens, prorumpit in Canticum Magnificat, miris affectibus et devotione plenissimum, quod nō contenta fuit semel dixisse, sed saepius, praesertim illis tribus mensibus, quibus cognatae Elisabethae inserviebat, frequentabat. Devotio. Imitatio.

Meditatio XVIII.

De revelato S. Josepho Incarnationis Mysterio et expectatione partus Beatae Virginis.

Praeludia ut supra.

Punctum 1mum Cum S. Josephus cerneret intemeratissimā sponsam suā Virginem Mariam uterum gestare, coepit anxius contristari. Considera in primis miram Dei, in his duabus Personis probandis Providentiam. 1mo quod permittat Josephum hominū [illegible] sanctissimum, quasi de gravi lapsu angi. 2do. quod patiatur Electissimā Matrem Filij sui in aliqua suspicione esse. Considera deinde quomodo S. Josephus in casu hoc patientiā exhibuerit, nō exprobrando, dissimulando, mature quid sibi agendum foret, deliberando. Quomodo item B. Virgo,

nullam sui defensionem attulerit, rem totam Deo committendo. Imitatio.

Punctum 2dum. Cum ita Josephus angeretur, apparuit illi Angelus in somno dicens, Ne timeas accipere Mariam Conjugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est. Considera 1mo. quam cito Deus electis suis adversa rependat. 2do. qm humiliter Josephus à B. Virgine veniam petierit. 3tio. qm B. Virgo dispositionē divinā susceperit.

Punctum 3tium. Hac revelatione et manifestatione facta. Considera 1mo. qm ardenter S. Josephus desideraverit videre Christum in lucem editum, quanta alacritate ad debite illi obsequia deferenda se accinxerit. 2do. qm ardentius fuerit B. Virginis desiderium videndi, adorandi, amplexandi, lactandi suum et Dei Filium! 3tio quanto demum ardentius ipsius divini Infantis nascituri.

Meditatio. 19.

De Profectione B. Virginis, et Josephi in Bethlehem.

Prœludia ut supra.

Punctum 1mum. Appropinquante Virginei partus tempore, cū Augustus Cæsar orbem describi iussisset, ea occasione ascendit Josephus, cū

cum Beata Virgine prægnante in Bethleem, unde
erat oriundus, ut tributum solueret. Considera 1mo
diuinam Providentiam, quæ ambitione et cupi:
ditate dominij temporalis usa est ad execu-
tionem, diuinissimi mysterij per prophetas præ-
nuntiati. Considera 2do. quam exsultabunda
B.ma Virgo cum S. Josepho hoc asperum, pro-
lixum, horridumque hiemale iter confecerit, non
grauata, sed subleuata sacra quam ferebat
sarcina. Quam ardenter mente in Deum, quem
utero gestabat, defixa, familiares sibi affe-
ctus continuo eliquerit. quam diuina nunc cum
illo, nunc cum Josepho miscebat colloquia.

Punctum 2dum. B.ma Virgo cum
fatigata itinere, Bethleem attigisset, nullum
in tota cognatione sua tam hospitalem inuenit
ciuem, qui grauidam hospitio exciperet. Sup-
petebant alijs sceleratissimis satis commoda
hospitia, S.mis autem his tribus Personis
Filio Dei, Mariæ et Josepho non erat locus
in diuersorio. Considera 1mo ingenium Mun-
di, qui bonos semper excludit. Considera 2do.
Quomodo paupertatem et contemptum sui nobis
inculcet Jesus nondum natus. Considera 3tio
quam hilari animo id tulerit, cum S. Josepho Be-

ata Virgo. Compassio. Contemptus Mundi, sui etc.

Punctum 3tium. Exclusa omni hospitio Btma Virgo, oppidulo digressa, subijt annexum in dorso stabulum seu specum, ad quem ingruente tempestate peregrini, pastoresque se recipere solebant. Considera 1mo. Quam exultabunda hoc olidum tuguriolum subierit Btma Virgo, cognoscens hoc gurgustium delegisse suis cunabulis, quem terra, pontus, aethera non capiunt. Considera 2do. Quam largo lachrymarum influuio insonsuetos affectus humilitatis, resignationis prorupenit.

Meditatio. 20.

De Natiuitate Saluatoris.

Praeludia Historica.

Punctum 1mum. Cum Beata Virgo mediam pene noctem in contemplatione consumpsisset, cum iam tempus pariendi instaret, repente absque ōi dolore, illibata virginei pudoris integritate, dilectum infantulum, frigore tremulum e suis visceribus egressum, coram se iacentem vidit. Expende quo pietatis sensu, quo stupore et mentis gaudio, qua fide, reuerentia, humilitate, amore, gratitudine Saluatorem suum sci exinanitum prima aspexerit, adorarit, salutarit. Congratulare Btmae

Media nocte natus

et eosdem affectus cum illa excita.

Punctum 2dum. Cum reuerentialis timor B. Matrem à contingendo Infantulo, quem verum Deum agnoscebat, retraheret maternus amor nihilominus ad eundem eleuandum et dissuauiandum extimulabat. quare attemperato ex utroq' affectu nõ reuerenter minus quam amanter, illum ulnis excipit, amplexatur, exosculatur, pectoriq' premit, linteolis lacrymulis inuoluit, lacte pascit omniaq' materna officia amantissimè exhibet. Ô si affectu simili eundem Deum in sacra Communione excipere mereremini quam insolito gaudiorum et amoris aestu accenderemini.

Punctum 3tium. Cum frigus saeuiret eundem diuinum Infantem B. Virgo pannis inuolutum, in praesepio, quod alia tunc deessent, reclinat: ubi nõ tepet iumentorum halitum confouendum. Ô si Isaias haec vidisset quam attonitus exclamasset. Cognouit bos possessorem suum, Israel autem me nõ cognouit. Expende quam teneros affectus compassionis, admirationis gratitudinis adorationis, amoris tota illa nocte, nõ sine dulcibus lachrymis, frequentarint B.ma Virgo cum S. Iosepho. Fac et tu similiter, et sensus tanto mysterio, tota die applicatos, habe.



Meditatio. 21.

De Exultatione Angelorum in Nativitate Christi.

Preludia Historica.

Punctum 1mum. Expende quanta exultatione omnes Angeli puerum Jesum in lucem editum, et in præsepio collocatum è cœlo empyreo suspexerint: quanto tremore Filium altissimi sic se humiliantem adoravint; quanta demissione eidem se submiserint, supremum eius dominium agnoverint, obsequia detulerint: quanta demum promptitudine cum talem Deum ac Regem ab hominibus nõ agnosci, nec debite ex- cipi, imò turpiter negligi cernerent, obtulerint se æterno Patri, ad manifestandam mundo, eius infinitam dignationem. Imitare Angelos cũ his affectibus.

Punctum 2dum. Expende quanta devotione, cum omnibus facultas negaretur descenden- di in terram multitudo illorum, cœperint admi- rari laudare et glorificare infinitam Incarna- ti Verbi, in præsepio prò frigore trementis et vagientis Maiestatem, potentiam sapientiam sub velo tantæ humilitatis: item sublimissimas humilitati eius concessas prærogativas, de quibus supra Meditatione 13. Quanto demum ardore hominibus de tanta gratia congratulati sint con-

cinentes

cinentes. Gloria in Excelsis. Admiratio. Laus. Congratulatio, et alij affectus cum Angelis coniungendi.

Meditatio XX.

De Annuntiatione et Adoratione à Pastoribus Christo Nato.

Praeludia ut supra Historica.

Punctum 1mum. Cum aeternus Pater intuitus esset tantam Filij sui infantiles artus induti humilitatem, ad manifestandam eius mundo gloriam, destinauit certam multitudinem Angelorum qui Natiuitatem eius, nõ diuitibus, nõ sapientibus, nõ nobilibus, nõ delicatis mundi amatoribus, sed pauperibus simplicibus, humilibus, laboriosis pastoribus nuntiaret. Expende 1mo prae tam multis alijs felicitatem horũ pastorum, o quam verè dixit sapiens. Et cũ simplicibus sermocinatio eius. Expende 2do. Quã placeat Incarnatae Dei sapientiae paupertas, simplicitas, humilitas, labor assiduus, quod scè in Angelica visitatione commendauit. Stude aemulari, si capis diuinas consolationes experiri.

Punctum 2dum. Animati alloquio Angelico Pastores, relicto grege, ad Messiam Natum quaerendũ properarant, nec prius quieuerant, donec eum inuenerunt. Expende 1mo. quanta cũ festinatione et ala-

citate illum vocantem sequi oporteat. 2do quo stupore inventum Infantem in praesepio Pastores suspexerint, adoravint, Matrem salutavint, de tanta prole gratulati fuerint, revelationem Angelicam retulerint. 3tio qua affabilitate eos B. Mater exceperit, in fide confirmavit, obsequia conjurbavit [illegible] Recessi quomodo visa ruminavint, inter se contulerint, obvijs narravint, persaepe deinceps revisenit. Imitatio.

Meditatio 23

De Affectibus, quos Infans JEsus exercuit, et inprimis de Affectu Humilitatis

Praelud. 1. Constitue te ante cunas pueri JEsu

Praelud. 2. Pete gratiam affectus ab ipso elicitos cognoscendi

Punctum 1mum. Expende quomodo Verbum Infans in praesepio positum, sicuti in primo instanti Conceptionis coeperat exercere, exercuerit actus internos humilitatis. 1mo sibi primum et quoad conditionem humanae naturae, quae in se spectatae agnoscendi et reputando. 2do talem se ab omnibus haberi volendo et optando. 3tio omnia dona naturae, gratiae et gloriae humanitati suae collata divinae liberalitati adscribendo. His expensis gratulare et gratias age Christo pro his actibus amore tui elicitis, eosdem eius exemplo elice in praesenti, per quinque Spiri

spinâ iuxta praxin in Abecedario.

Punctum 3tium Expende quomodo indoluerit eosdem actus tam paucos, tam raro, tam imperfecte ab hominibus exerceri: è contra tot tamque grauibus peccatis superbiae diuinam Maiestatem offendi: His expensis elice actus humilitatis, per quinque suspiria ut supra.

Punctum 2dum Expende quomodo et externos actus eiusdem humilitatis exercuerit. 1mo domum propriam non habendo, 2do in stabulo diuinasci volendo. 3tio in cunabulis iacendo. 4to assistentia famulorum carendo. 5to vilibus pannis colligari permittendo etc. idque ob hos potissimum fines. 1mo ut ablatam Deo Patri ab hominibus gloriam restitueret. 2do ut nostram superbiam confunderet et expiaret. 3tio ut ad sui imitationem prouocaret.

Meditatio 24.

De Affectibus Gratitudinis à Christo Infante elicitis.

Praeludia ut supra.

Punctum 1mum. Expende simili modo, quam perfecte Christus, ~~[illegible]~~ in cunis suis, licet foris nihil appareret, continuarit actus internos gratitudinis à momento Incarnationis suae inchoatos, 1mo gratâ mente omnia humanitati suae collata charismata acce-

ptando. 2do Datorem omnium Patrem reverenter agnoscendo, adscribendo magnificando. 3tio Acepta beneficia omni possibili modo compensare desiderando. Ais expensis elice similes actus per consueta suspiria.

Punctum 2dum. Expende quam intense hominum ingratitudinem deplorant, dolendo tam paucos eos que tam rarè raro et imperfectè hos actus exercere, cum facillime possent si vellent gratos se ex[illegible] horrendas ingratis imminentes pœnas evitare. His expensis elice affectus gratitudinis quoad potentias dolendo de tua, eiusque à hominum ingratitudine.

Punctum 3tium Expende quam pure, intense, constanter insabiabiliter B. Virgo deipara, eosdem praeditos gratitudinis affectus, ut ab initio suis ratio nis cœperat, nunc Mater effecta Creatoris continuant. Imitatio devotio.

Meditatio. 25.

De Affectibus Amoris à Christo Infante elicitis.

Prœludia Antecedentia.

Punctum 1mum. Expende similiter, quam perfectè Christus Infans, internos actus amoris continuant. 1mo divinam bonitatem propter se amando. 2do de omni eius bono intrinseco ut attributis, gaudendo. 3tio bona extrinseca maiora

optand

optando, procurare desiderando. 3tio voluntatem eius beneplaciti, in omnibus iudicijs, decretis, operibus et promissionibus eius venerando, probando, amplectendo. 4to voluntatem signi, in omnibus quæ præcepit, vel innuit, sive per se, sive per alios impleri cupiendo. Quos affectus eò perfectius elicuit, quo remotior fuit ab inordinato amore sui, hoste maximo amoris Dei. Admirare hos affectus, et pro modulo tuo similes frequenta.

Punctum 2dum. Expende quàm vehementer doluerit prædictos affectus, à tam paucis hominibus, idque raro et frigidè usurpari, sed contra potius vilissimas creaturas amari, iustissima eius decreta improbari, sanctissimas leges violari. Qui dolor eò vehementior fuit, quo clarius hominum cæcitatem, amorem sui, amori Dei anteponentium intueretur et detestaretur. Eosdem affectus doloris, de tua et aliorum tepiditate elice.

Punctum 3tium. Expende quo pacto B. Mater et Virgo charitate flagrantissima, prædictos amoris actus, sibi iam à primordio usus rationis familiarissimos, elicuerit. Zelus imitandi.

Meditatio. 26.

De Affectibus Resignationis à puero IESV elicitis.

Præludia ut supra.

Punctum Imum. Expende quo pacto Christus actus resignationis iteravit absolutissimè. Imo ad ea quæ sibi a Patre iniuncta erant sese offerendo. 2do ad omnia quantumvis indigna, verba atrocia, tam quoad ad animam, quam quoad corpus et famam, undecunque inferrentur, acceptanda, sese resignando. 3tio omne eiusdem Patris beneplacitum tam circa se quam circa alios in tempore complendum intellectu reverenter probando, et voluntate hilariter acceptando, exosculando. Quod eo perfectius faciebat, quo profundius abyssum divinæ voluntatis, quæ omnis rectitudinis est Regula, penetrabat. Admiratio. Imitatio.

Punctum 2dum Expende quam indoluerit hos resignationis actus a tam paucis, tam raro, tam imperfecte elici: e contra a tam multis tam frequenter et impudenter iustissima infinitæ sapientiæ decreta, permissiones intellectu, verbo, opere argui, blasphemari. Dolor de tua aliorumque imperfecta Resignatione.

Punctum 3tium. Expende simili ratione, quomodo B. Mater, ut carne sic et spiritu Deo coniunctissima eosdem tres præcipuos Resignationis actus frequentavit. Suspice hos actus et similes elice. Iuxta has Meditationes possunt et aliæ institui, et formari de amore, de zelo salutis humanæ, et aliis affectibus erga homines elicitis.

Meditatio. 21.

57

Meditatio. 27.

De Circumcisione pueruli Jesu.

Prœludia Historia.

Punctum 1mum. Circumcisus est puer. Expende 1mo Dni Jesu humilitatem, qa cum peccatum non haberet, voluit circumcidi ut peccator; 2do obedientiam qa legi, cui subditus nō erat, paruit. 3tio Charitatem, quia tam cito cœpit pro nobis sanguinē effundere. 4to. Exemplum, qa nos spiritualem circumcisionem edocet. Imitatio earundem virtutum. — Humilitas. Obedā — Charitas — Exemplū.

Punctum 2dum. Vocatum est Nomen eius Jesus, id est saluator. Expende 1mo. conuenientissime imponi Filio Dei Nomen Saluatoris, tum qa omnes oium charismatum & gratiarum prærogatiuas, ab ipso conferendas complectitur; tum qa omnia officia ab ipso obeunda, ut Medici, aduocati, Pastoris, Protectoris exprimit. 2do Expende qm̄ miram vim hoc Sanctum Nomen habeat, ad Intellectū illuminandum, ad voluntatem permouendā ad oīs generis tentatiōnes propulsandas. Crebra memoria inuocatiō huius Sancti Nominis.

Punctum 3tium Circumcisus Puer, redditus est Matri suæ. Expende 1mo. quomodo B. Mater Filiolo ob diram circumcisionis dolorem,

flenti compatitur, et collachrymatur. 2do quomodo sanguinem eius, reuerenter excipit, et aeterno Patri offert. 3tio quomodo cum praeputio asseruat, et totam se ad eundem dilectum Filium fouendum, consolandumque Maternis obsequijs conuertit. Speculare et tu per applicationem sensuum, Sacrum hunc sanguinem, eumque toto hoc Anno in corde tuo serua, considerans quam pretioso Vs litro redemptus; ab[s]que obsequiis puerulum JEsum exemplo Sanctissimae Matris eius tibi demerere.

Meditatio. 28.

De Tribus Regibus Magis.

Praeludia Historia.

Punctum 1mum. Tres Magi ab Oriente stella duce in Bethleem venerunt. Considera 1mo Mirabilem curam aeterni Patris, qui sicut supra per Angelum, Filij sui Nativitatem Pastoribus manifestauit, ita tunc longinquis gentibus per nouam stellam exortam. 2do. Charitatem pueri Jesu qui omnes homines ad se trahit et vicino Pastores, et longinquos Reges. 3tio obedientiam Magorum, qui ad tam paruum indicium crediderunt, et constanter Regem Natum coram Rege Judaeorum quaerunt. Vide quanto gaudio iter peragant, quantas gratias Deo agant. Expende tam tu inspirationi diuinae

uind tam cito pareas

Punctum 2dum. Magi inuento puero procidentes adorauerunt eum et apertis thesauris suis obtulerunt ei Aurum, Thus, Myrrham. Considera 1mo Magos supplices in terram prostratos. 2do munera aurum, thus, myrrham, sed prius se ipsos corpus et animam Puero Jesu offerentes. 3tio quanta consolatione puer Jesus Reges, datâ ipsis benedictione expleverit. 4to quanto gaudio B. Virgo, et Jozephus exultaverit, eidemque prodigiosae stellae apparitionem retulerint. Zelus in his omnibus imitandi pios Reges.

Punctum 3tium. Magi salutato Jesu admonentur in somnis, ne redirent ad Herodem. Considera Magos, quia liberales in Christum fuere, nouâ gratiâ per miraculum praeueniri ne redeat ad Herodem, id est, ne malorum consuetudine damnum capiant. Ut discas quando tu liberaliter te tuaque obtuleris Deo, Deum te nunquam non derelicturum, nec passurum, ut mundi in maligno positi fallacijs inuoluaris.

Meditatio 29.

De Purificatione B. V. Matris, et Praesentatione Filij.

Praeludia historica.

Punctum 1mum Cum Deipara 40 iam dies

in spelao Bethleemitico exciperet, ut legi satisfaceret venit in templum, ut solemni sacrificio purificata, Filium aeterno Patri offerret, et quinque siclis redimeret. Considera 1mo pueri Jesu humilitatem semper crescere. Natus erat ut pauper, circumcisus quasi peccator, nunc offertur ut servus quinque siclis redimendus. 2do Parentum paupertatem, qui quoniam agnum emere et offerre non poterant, offerunt par columbarum. 3tio quam eximiae humilitatis, reverentiae, devotionis affectu oblationes istas peregerint. Imitatio.

Punctum 2dum. Eadem hora veniens Simeon, in templum accepit eum in ulnas suas, benedicens Deum. Nunc dimittis etc. Considera 1mo quanta reverentia Simeon Puerum Jesum a B. Virgine acceperit, quanto gaudio gestierit, illa strinxerit, pectori applicuerit, exosculatus fuerit, quomodo Deum laudarit, mori desiderarit, cecinerit etc. 2do considera causas, cur meruerit videre et gestare Christum. 1mo quia erat in eo Spiritus Sanctus. 2do quia iustus, id est, ab omni peccato liber. 3tio quia timoratus timore filiali. 4to quia continuo expectabat consolationis adventum. Has virtutes et tu sequere, si cum fructu Christum in sacra Communione vis excipere.

Punctum 3tium. Anna quoque eo tempore

Snp

superveniens loquebatur de illo omnibus. Considera 1mo ideo hic duos senes in exemplum proponi ut discas in virtute perseverare usque in finem vitæ. 2do considera causas ob quas Sª Anna meruit videre Christum. 1mo quia fere 80 annis caste vixerat. 2do quia non discedebat de templo. 3tio orabat die ac nocte. 4to ieiuniis aliisque poenitentiis affligebat corpus suum. 5to omnibus laudes Christi annuntiabat. Zelus imitandi.

Meditatio. 30.

De fuga Christi in Aegyptum.

Prœludia Historica.

Punctum 1mum. Peracta oblatione in templo, cum B. Mater in Nazareth reverti pararet, vel ibi aliquandiu vellet, statim post discessum Magorum, monitus est Ioseph in somnis per Angelum, ut in Aegyptum fugeret, cum Puero et Matre eius. Considera 1mo Christum a primo ortu suo coepisse pati ærumnas et persecutiones, ut discas, si discipulus Christi esse desideras paratus esse ad tentationem. Considera 2do miram Dei circa suos dispositionem, quos sicut in filio ærumnis obrui permittit. Amor. Resignatio.

Punctum 2dum. Qui consurgens accepit puerum et Matrem eius nocte et secessit in Aegyptum. Considera 1mo promptam obedientiam Iosephi, qui celeriter, licet nox esset

surrexerit, B. Virgini indicarit, iter arripuerit. Conside-
rdo. Quomodo sint viscera commota B. Virginis ad tan-
tum nuntium, ut se illico collegerit, ad iter parârit, puel-
lum excitarit, ploranti compassa sit. Considera 3tiô. Quâ
magna resignatiône exilium hoc susceperit, quâta pau-
pertate et incommoditatibus peregerit, quâta alacrita-
te oîa tolerarit. Imitatio.

Punctum 2dum. Ad ingressum pueri Jesu in Aegyptum, idola commoveri et corrui cœperunt. Considera 1mo. Quantum gauderent B. Virgo et S. Jo-
seph, cum viderent tantis prodigijs Filij divinitatem manifestari. Considera 2do. B. Virginem in Aegypto nô invenisse Palatium tanto Filio dignum, unde ut pauperecula et peregrina in domuncula vilem se de-
buit recipere, et labore manuû suarum victum com-
parare. Considera 3tiô. Quanta cura toto hoc exi-
lij septennio dilectum Filium suû educarit, quâ re-
verentia contrectarit, quâ lætitia cum cum ætate crescente ambulantem, orationi vacantem viderit, exultarit. Admiratio. Congratulatiô.

Meditatio. 31.

De Nece Innocentum, et reditu ex Aegypto pueri JESU.

Præludia Historia.

Punctum 1mum. Herodes videns se illusum
à Magis

à Magis, iratus occidit omnes pueros in Bethleem, à bimatu et infra. Considera 1mo et detestare ambitionis scelus Herodis, quid nō ausus fuerit propter regiam dignitatem. Considera 2do. dolorem, clamorē, eiulatum, et irremediabiles lachrymas Matrum. Considera 3tiò. Bona quæ divina bonitas, ex hac trucidatione elicuit, scilicet sanctificationē tot innocentum, qui aliàs forte periissent, divulgationem de Christi veri Messiæ Nativitate, Benedictionem Ægypto impertitam. Admiratio. Resignatio.

Punctum 2dum. Defuncto Herode Joseph ab Angelo iussus rediit in terram Israel. Cons. 1mo. quantum hoc nuntio Sancti illi recreati sunt. quā alacritate iter ingressi, lachrymantibus Ægyptijs qui eorum sanctitatem cognoverant. Felices qui post huius exilij molestias, merentur sub hora mortis evocari in cœlestem Patriam. Cons. 2do. Josephum reversum in terram Israel, licet sciret Deum esse protectorem suum, tamen noluisse redire in Judæam, ut discas te nō debere periculis, licet sis securus de tua salute. Admiratio. Imitatio.

Meditatio 32.

De Ascensu Christi duodennis in Templum. Præludia Historica.

Punctum 1mum. Natus Jesus annos duodecem

è Nazareth profectus est Hierosolymam. Considera 1mo quanta deuotione B. Virgo cum Jesu et Joseph, quot annis iuerit Hierosolymam, licet ad id nõ tenerentur et disce opera supererogationis facere. Consid. 2do. Te uidere puerum Jesum iunctis manibus, et post eum B. Virginem cũ Josepho ardenter orantes. O Utinam ex illo feruentium precum igne, vel scintilla vna includ. in singus Orationum vrarum.

Punctum 2dum. Remansit illic Jesus nescijs Parentibus. Consid. 1mo. dolorem B. Virginis, qdo repetens domum deesse nõ inuenit suum Jesum. Consid. 2do. Te uidere puerum Jesum in angulo aliquo tota illa nocte, vel ardenter orantem, vel humi cubantem, vel pie inter pueros loquẽtem.

Punctum 3tium. Post triduum inuenerunt eum in templo inter Doctores. Considera. Quantu oborutum gaudium B. Virgini. quomodo irruerit in oscula nunc ipsa, nunc Joseph quomodo querelas deposuerit, quomodo dulcissimè eas solatus Jesus. Et disce Christum inueniri in templo, nõ inter cognatos, et carnales amicos.

Meditatio 33.

De Vita Christi priuata vsq. ad 30. annum.

Praeludia Historica

Punctum 1mum. Valde breuiter triginta annos vitae Christi Dñi complexus est S. Lucas

Dicens

diens. Erat subditus illis: et proficiebat sapientia et gratia apud Deum et homines. Expende imprimis verba illa. Erat subditus illis. Quis sit ille, qui erat subditus: Cui: quibusnam rebus, et quomodo.

Punctum 2dum. Expende postea verba illa. Proficiebat sapientia etc. Quis: ille qui de instanti Conceptionis plenus sapientia fuit, ita ut amplius re ipsa non posset in ea crescere, nihilominus ita exterius huius sapientiae indicia edebat, acsi eius augmentum acquireret. Quare: 1mo. Ut tepiditatem nostram argueret, 2do ut exemplo suo doceret, quam ipsi sit gratum, quotidie crescere in virtutibus. Zelus proficiendi.

Punctum 3tium. Expende postremo eius solitudinem, qui cum esset Deus Omnipotens, tantopere latere voluit. Aliqui ex illis verbis S. Marci. Nonne hic est Faber Mariae filius: conjiciunt Christum Dominum, fabrilem artem tempore hoc exercuisse. Inde poteris considerare cum quanto fervore hos manuum labores obierit, quam abiectiores amore nostri ferre desideravit, quam ferventer conatus suos Patri obtulerit; quantos affectus inter laborandum eliciverit; quam obstupuerint Angeli Fabricatorem orbis, tam humilem artem exercere. Humilitas. Imitatio.

Punctum 4tum. Ad extremum poteris con-

siderare, quae fuerint SSmi illius Adolescentis, Religio pietas, charitas, modestia, concordia, temperantia, frugalitas, sermonum moderatio, contemplatio, virtutum omnium exercitatio, ut sua contentus paupertate tenuissimum cibum cum Virgine Matre et Joseph sumpserint, ut sese quieti tradiderint, quomodo surrexerint, quos de divinis rebus sermones miscuerint, ut caelestem divinamque in terris vitam egerint. Zelus animarum.

MEDITATIONES DE VITA CHRISTI ACTIVA CUM HOMINIBUS.

Postquam triginta aetatis annos Magister Noster Christus Jesus in humilitate obedientia et silentio transegisset, manifestando sese mundo, coepit legem gratiae promulgare, et homines ad Evangelicam perfectionem, orationibus concionibus, exemplis miraculis protrahere. Ut eo melius, et nosci odore virtutum eius curramus, expendemus meditando has orationes, conciones, exempla et miracula, non omnia sed aliqua tantum, nec eo ordine, quo dicta vel gesta sunt, sed qui usui nostro fuerit commodior, praemissa primo has tamquam fundamento caeterarum, unica meditatione de Christi Jesu ad se imitandum et sequendum invitatione

uitatione.

Meditatio. I.

De Cœlestis Regis Christi IESV ad se imitandum et sequendum inuitatione

Præludium 1mum. Pone tibi ob oculos Christum Iesu, instar Excellentis cuiusdam Regis militem aduersus hostes suos conscribentem, subditosq; suos ad sequendũ inuitantem.

Præludium 2dum. Pete efficacem gratiam audiendi et obsequendi verbis inuitaõnis eius.

Punctum 1mum. Expende inprimis excellentiam Cœlestis Regis Christi Iesu. 1mo quia à Patre æterno ad homines regendos et gubernandos, ab æterno electus et constitutus Rex. 2do quia in se hẽt omnes perfectissimi Regis qualitates, videlt Sapientiam, Omnipotentiam, Misericordiam, Bonitatem, Prouidentiam, Mansuetudinem, Liberalitatem, Iustitiam, Prudentiam et imperij sui firmitatem seu æternitatem. 3tio quia neq tributa subditis imponit ac exigit neq ad paupertatem suos redigit, neq inordinatis passionibus ductus à recta gubernaõne deflectit, neq leges quas ipse nõ obseruat, subiectis imponit, Vti solent terreni Reges facere. Laus. Gaudium. Gratitudo. Amor. &c.

Punctum 2dum. Considera deinde

sermonem, quem hic Rex ad subditos habet. Si quis inquit mihi ministrat, me sequatur; et ubi ego sum ibi et Minister meus erit. Ac si dicat. Mea voluntas est bellum aduersus dæmonem, mundum et carnem, omniaq vitia et peccata mouere, ijsq superatis, regnum cœleste intrare; qui igitur me sequi statuerit, viuere eum oportet simili meum conditione. Expende huius vocationis suauitatem, rationesq ad talem Dnum sequendum euidentes. 1mo quia is qui vocat est tantus Rex et Benefactor. 2do quia ad iustissima vocat, ad hostes mihi infensissimos debellandos. 3tio quia ipse prius suo exemplo præiuit. 4to qa certissimam pollicetur victoriam, et post eam præmium.

Punctum 3tium. Considera deniq varios hoies varie hanc vocationem excipientes. Quidam enim ad eam obsurdescunt terrenis istis illecti, vocantemq sequi contemnunt. Aliqui audiunt quidem, et sequuntur, sed minus generose, contenti tantu præcepta seruare, nolunt perfectiora æmulari; quales sunt maritati. Aliqui ingenuo animo per omnia hunc Regem sequi incipiunt, sed postea ab eo diffugiunt, quales sunt Nouitij, qui perdunt perseuerantiam. Alij deniq, nõ tantum, quæ præcepti, sed et quæ consilij sunt audiunt, opereq vsq ad mortem adimplere conantur, in omnibus suum Regem et Ducem Iesum imitantes. quales sunt perfecti

Reli:

Religiosi. Ex his disce audire, quid in te Christus loquatur, et observare, quod ad salutem et perfectionem consequendam tibi sit aptissimum et tutissimum.

Meditatio. II.

De Baptismo Christi Domini.

Praeludia Historica.

Punctum 1mum. Cum iam tempus pervenisset, quo Christus Dnus sese mundo ut Doctor ac Redemptor manifestaret, licet purissimus esset, in primis petiit à Joanne baptisari, propter duas causas. 1mo Ut exemplar humilitatis Doctoribus exhiberet. 2do Ut prius faceret, quam doceret. Statuerat enim novum ex aqua et Spiritu baptismum praedicare, voluit itaque ipse prius aquâ baptisari. Disce ab exemplo et humilitate omnia auspicari.

Punctum 2dum. Cum Christus ad baptisandum venisset, Spiritus Sanctus revelavit Joanni, hunc illum esse Messiam. O quanto tunc fuit gaudio perfusus! o quomodo iubilum in utero materno renovavit! quantam reverentiam Christo exhibuit.

Punctum 3tium. Videns Pater aeternus Filium suum sic humiliatum, tria nova miracula, ad honorem ipsi conciliandum exhibuit. 1mum Aperti sunt ei coeli, quo ostendebatur eum esse hunc coelestem, non terrenum. 2do descendit Spiritus Sanctus in ipsum sicut columba: quo significabatur plenitudo ipsius Spiritus Sancti, qui intus

latebat, ab initio conceptionis. Utrum vox de coelo dicens. Hic est Filius meus etc. Quasi diceret, hic qui purus homo, mortalis, patiens apparet, est aeque aeternus, sapiens, infinitus, Omnipotens etc. Deus, atque ego.

Meditatio. 3.

De Solitudine et ieiunio Christi.

Praeludia Historica.

Punctum 1mum. Christus Dominus accepto testimonio in baptismo, quod esset Filius Dei, secessit in desertum, ibique 40 diebus et noctibus, segregatus ab hominibus vacavit contemplationi. O quos et quam sublimes, humilitatis gratitudinis, amoris, resignationis, reverentiae affectus erga Patrem Aeternum illic elicuit! quam amare peccata nostra defleuit! perfectionem, salutem expetijt.

40 dies et noctes orando

Punctum 2dum. In eodem deserto 40. diebus et noctibus Christus Dominus ieiunauit, abstinens prorsus ab omni cibo instar Moysis et Eliae in oratione pernoctans, et humi cubans, idque 1mo ex amore nostrae salutis. 2do ut peccata nostra per gulam commissa expiaret. 3tio ut nos ad ieiunia excitaret. Si ille castigauit in se peccata aliena, tu detrectabis propria

Meditatio. 4.

De Tentatione Christi.

Praeludia Historica.

Punctum 1mum Ductus est Jesus a Spiritu in desertum

sertum, ut tentaretur à diabolo. Considera 1mo. Spiritus Sancti esse viros perfectos, tentationum occasionibus exponere, quo gratiæ suæ efficacitas, cum eis magis eluceat. Considera 2do. Christum ductum ad locum desertum, qui est ob solitudinem commodissimus dæmoni ad tela sua exercenda. Considera 3tio. Christum statim post baptismum et ieiunium tentari voluisse, ut ordinariam Tyronum viam teneret. Admiratio. Gaudium.

Punctum 2dum. Triplici tentatione tentatus fuit Dominus. 1ma tentationis materia fuit Gula. Dic ut lapides isti fiant panes, quam Dominus humiliter allata sacra Scriptura repressit, dicens, non in solo pane vivit homo etc. 2da Vana gloria. Si Filius Dei es, mitte te deorsum etc. quam repressit dicens. Scriptum est non tentabis Deum tuum: quasi diceret, miracula non sunt ob vanitatem facienda. 3tia Avaritia. Hæc omnia tibi dabo, si etc. hanc repressit magno imperio Satanæ respondens. Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies. Iisdem plane tentationibus novi milites Christi solent vexari quare notent diligenter modos Christi, si vincere volunt, cui post tentationum victoriam et ieiunium Angeli ministrabant.

Gula

Vana gloria

Avaritia

Meditatio. 5.
De Vocatione Apostolorum generatim.

Præludia ut supra in prima Meditatione.

Punctum 1mum. Expende quis, quos et quales, unde et ad quid elegerit et vocarit. Quam mira illa dignatio salvatoris, piscatores, telonarios, mundo despectos, in testes suos, in prædicatores, in columnas ecclesiæ, in assessores iudicij sui assumentis.

Punctum 2dum. Expende cur, et quomodo vocati sint, et quo fructu. Cur? Ut essent magistri, doctores, ut vitam pro illo profunderent, quomodo? suaviter, efficaciter, mirabiliter. Quo fructu? Ut præ omnibus Patribus veteris testamenti eminerent. Quam mirabilis divina potentia et sapientia quæ quæ stulta sunt mundi elegit? quanta in super dignatio, humilitas et benignitas, tam pauperes et abiectos in suos assèclas gratuito assumentis? quanta itidem misericordia, te tam indignum peccatorem, ad sacram religionem vocantis? Gratitudo. Gratiarum actio. zelus proficiendi.

Meditatio. 6.

De absoluta resignatione ad Christi sequellam necessaria: et præmijs eiusdem.

Resignatio Lucæ 14.

Præludia præcedentia.

Punctum 1mum. Omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus, quæ possidet non potest meus esse discipulus. Considera quam resolutam resignationem requirit à suis, quos vocat Christus dicens 1mo omnis id est, sive pauper, sive dives, sive

nobilis

nobilis, sive ignobilis, Dominus, servus, Rex, etc. 2do omnibus, id est divitiis, honoribus, officiis, parentibus, amicis etc. insuper iudicio proprio, voluntati propriae, amori proprio, propriae excellentiae, et quaecunque nos a vero Dei amore, et sequela retardare possunt. Examina te ipsum, an his ita resignatus.

Punctum 2dum. Cum audisset Petrus resignationem et sequelam Dei Christum extollere, ait: Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te, quid ergo erit nobis. Cui Christus. Amen dico vobis. Omnis qui reliquerit etc. centuplum accipiet etc. Considera 1mo audaciam et confidentiam Petri omnia relinquentis. Considera 2do liberalitatem Jesu promittentis se sequentibus. 1mo in hac vita centuplum divinarum solationum et necessariorum subsidiorum. 2do in die iudicii gloriosam super thronos sessionem, et iudiciariam potestatem. 3tio in caelo vitam aeternam. Desiderium.

Meditatio 7.

De initio Praedicationis Christi.

Praeludium 1mum. Imaginare homines in terra degentes, tanquam caecos, rudes, rerum spiritualium ignaros, quos ut illuminaret et edoceret caelestis Magister Jesus, praedicationis aggreditur ministerium.

Praeludium 2dum. Pete gratiam verba eius auscultandi.

Punctum 1mum. Jesus relicta Civitate Na:

zareth venit in Galilæam, et exinde cœpit prædicare, et dicere. Agite pœnitentiam, appropinquavit enim regnum cælorum. Expende 1mo. Jesum Patriam suā deseruisse: Ut doceret, si liberè velimus alijs nuntiare veritatem, debere nos exuere omem affectum erga cognatos. Expende 2do. Jesum inchoasse prædicationem apud pauperes, nō apud principes, Ut doceret verum animarum fructum spectandum. Expende 3tiò. à pœnitentiâ inchoasse: Ut ostenderet primā et auream clavem, quā peccatoribus cœlum aperitur, esse pœnitentiam.

Punctum 2dum. Et circumibat totam Galilæam, prædicans Evangelium regni. Expende 1o. quā fervent, et indefesso, et insatiabili zelo, nō solū Galilææ Urbes, sed et oppida, vicos, pagos, prædicando perlustravit. Expende 2do. Quanto ardore diligentia munus hoc obierit. Expende 3tiò. Quanto desiderio exoptarit nō tantum in Galilæa, sed per totum orbem æterni Patris gloriam propagare, hâcq; universos è tenebris ad lumen fidei vocare. Hunc zelum suspice, et facto secundum vires, desiderio longè super vires æmulare.

Meditatio. 8.

De sermone Christi in Monte, et octo beatitudinibus ibi declaratis.

Præludia Historia.

Pandit

Punctum 1mum. Videns Dnus turbas, ascendit cum discipulis in montem, et docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu, quoniam &c. Expende octo beatitudines, quasi octo spiritualis ædificij fundamenta, quæ Magister Sanctissimus Jesus in monte hoc docuit. 1ma Beatitudo est, paupertas spiritus, quæ consistit in abdicatione omnis affectus, 1mo ad divitias et cognatos. 2do ad vitam et commoditates corporis, 3tio ad propriam famam, excellentiam. 4to. ad proprium iudicium, voluntatem. 2da Mansuetudo. Hæc consistit 1mo in compressione iræ. 2do. in fuga omnis contentionis, detractionis. 3tio in oblivione omnium iniuriarum. 3tia Afflictio. Hæc consistit 1mo in dolore peccatorum. 2do in mortificatione carnis, 3tio in fuga iocorum, lusuum &c. 4ta Esuries iustitiæ, consistit 1mo in desiderio adimpletionis voluntatis divinæ. 2do perfectionis propriæ. 3tio in observatione legum sui status. Zelus ad implendi

Punctum 2dum. Expendes alias beatitudines, quarum 5ta Misericordia consistit 1mo in compassione. 2do in reali adiutorio sive amici sive inimici. 6ta Munditia cordis consistit, 1mo in fuga omnis peccati etiam venialis. 2do in simplicitate non tantum cum Deo, sed et cum hominibus. 7ma. Pacificatio consistit 1mo in pace carnis cum spiritu, passionum cum ra-

tione, animi cum Deo. 2do. in pace cum fratribus. 3tio in re-
conciliatione haereticorum, peccatorum cum Deo. Dicuntur autem
Beati, non qui unam aliquam pacificarum virtutum fecerint, sed
plurimos, ubique semper, quavis data occasione.

Meditatio. 9.

De octava beatitudine hoc est tolerantia persecutionum, ex eodem sermone.

Praeludia ut supra.

Punctum 1mum. Octava beatitudo est tolerantia
persecutionum, quae ut sit perfecta, quinque requirit.
1mo ut sit lata, hoc est ut se extendat ad omnis generis per-
secutiones, obtrectationes, molestias sive corporis, sive
famae, sive ab amicis, sive ab inimicis. 2do ut sit pu-
rissima, quoad intentionem, hoc est ut mere propter De-
um. 3tio ut sit intensissima, hoc est ut non solum patien-
ter sed et gaudenter toleretur. 4to. ut sit fortis et con-
stans, eadem usque ad mortem 5to ut sit insatiabilis plu-
ra et acerbiora semper desiderans pati. Imitatio.
Desiderium.

Punctum 2dum. Expende quam absolutum huius
tolerantiae exemplum nobis Christus reliquerit. In in-
fantia fugiens Herodem. Tempore praedicationis sustinens tot obtrectationes. Tempore Passionis sustinens
tantos cruciatus. Zelus imitandi.

Punctum 3tium. Expende persecutionum praemium:
in hac quidem vita, inter aerumnas spiritualem gau-
dium

lium eñ altera cœleste bravium, iuxta Apostolũ 2ᵈᵃ Corinᵗ 5ᵗᵒ Gaudium. Resignatio.

Meditatio. 60.

De Perfectione Evangelicâ ex eodẽ sermone. Prœludia ut supra.

Punctum 1mum. Dixit Jesus discipulis: nisi abundaverit justitia vestra plusqũ scribarum, nõ intrabitis in regnum Cœlorum. Considera Evangelicam legem nõ tollere quoad Moralia Mosaicam, sed perficere, prœcipiendo omnegenus virtutum tam Theologicarum, qũ Moralium, erga Dũm, Nosipsos, et proximum.

Punctum 2dum. Audistis quia dictum est antiquis, Non occides, ego autem dico vobis, omnis qui irascitur fratri suo, reus erit judicio etc. Considera ulterius perfectionem eiusdem legis Evangelicæ, quæ oẽm culpam sive magnã, sive parvam, nõ tantum quoad externa opera, sed et quoad internas cogitatiões et affectiones pravas prohibet. Fervor in perfectione.

Punctum 3tium. Estote ergo perfecti, sicut et Pater vester cœlestis Perfectus est. Considera, qũ absolutam idœam perfectiõis lex Evangelica habeat: infinitã scilicet perfectionem cœlestis Patris. Ò quanto zelo et sollicitudine, eñ omni Sanctitate et iustitiâ imitanda! ò quanto conatu quotidiè ad maiorem supra vires oportet aspirare perfectionem!

Meditatio. 12.

De angusta porta et arcta via ex eodem sermone.

Præludia ut supra.

Punctum 1mum. Rogatus Jesus: si pauci sunt, qui salvantur ait. Contendite intrare per angustam portam, quia multi quærent intrare, et non poterunt. Expende quam serio æterna sapientia commendet intrare per angustam portam: hoc est per accuratam præceptorum Dei et legum, cui status proprianum observationem: per vitiorum passionumque mortificationem, per bonorum operum exercitationem, et cum Deo unionem. Sed pauci sunt, qui hoc perfectionis studium curent, quod sero nimis cognoscent et deflebunt, cum intrare non poterunt.

Punctum 2dum. Idem perfectionis studium inculcat addens. Lata porta et spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, et multi sunt, qui intrant per eam. Quam angusta porta et arcta via est, quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam. Expende hæc serio et tuam aliorumque cæcitatem et stupiditatem defle.

Meditatio. 13.

De recta intentione ex eodem sermone.

Præludia ut supra.

Punctum 1mum. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis etc. Considera quam sollicite Christus inculcet in operibus bonis non venandam more Pharisæorum vanam gloriam, sed solam gloriam

gloriam Dei, scrutantis ima cordium, ideoq hæc bona opera, quantum fieri pt, potius exercenda in occulto, quam publico, nisi aliud charitas et ædificatio proximi exigat. Studium bonæ intentionis.

Punctum 2dum. Considera, qm perfecte id Christus tota vita expresserit, cavendo solicite plausum hnum, dum miracula patraret, quærendo secretum dum orationi vacaret, et in omnibus operibus alijs intentionem suam ad maximam æterni Patris gloriam dirigendo. Zelus eum imitandi.

Punctum 3tium. Considera 1mo mercedem bonæ intentionis. In hac quidem vita, maior gratia et mentis lætitia. In altera maior animæ et corporis gloria. Considera 2do pœnam vanæ gloriæ. In hac quidem vita, turbatio conscientiæ: in altera; retributionis privatio.

Meditatio. 13.

De Oratione Dominica ex eodem sermone

Præludia ut supra.

Punctum 1dum. Expende inprimis Authorem, et præfatiunculam huius orationis. Author quidem est cœlestis Magister Christus Jesus, quo nihil sanctius, sapientius, amabilius. Præfatiuncula est, quæ nos certiores facit, quod Deus Pater in filios sibi nos adoptavit, quo nihil maius, utilius melius

excogitari potest.

Punctum 2dum. Expende postea quatuor priores petitiones docentes quae bona sperare et petere debeamus. Ex quibus 1ma petit ab omnibus semper et ubique promoveri honorem et gloriam Dei. 2da felicitatem aeternam, regnumque Xti, quam citius donari nobis. 3tia auxilium gratiae ut alacriter et constanter adimpleamus voluntatem Dei. 4ta necessaria ad vitam tam corporalem quam spiritualem sustentandam. Humilitas. Fervor.

Punctum 3tium. Expende postremo tres ultimas petitiones docentes, quae mala deprecari debemus, ex quibus in ordine 5ta rogat remissionem peccatorum, eo modo quo ipsi aliis remittimus. 6ta defensionem a tentationibus, ne tanquam imbecilles in peccata proruamus. 7ma liberationem tam ab istius quam futurae vitae calamitatibus. O quam multa bona impetraremus, si ferventer et devote orationem hanc iteraremus.

Meditatio 14.

De otio fugiendo ex parabola de operariis conductis. Matth. 20.

Praeludia ut supra

Punctum 1mum. Expende quam suaviter et efficaciter supremus Paterfamilias Deus praedicta parabola excitat omnes ad otium fugiendum. Suaviter dicendo per modum interrogantis. Quid hic statis o-

tio

tiori efficaciter: ablegando in vineam, mercedemque iustam promittendo. Fuga otij.

Punctum 2dum. Expende quam serio omnes exemplo suo ad hoc pertrahat: qui totam iuvenilem aetatem, usque ad trigesimum annum in operibus fabrilibus, ut supra vidisti; reliquum vero vitae in praedicatione, et alijs salutaribus laboribus traduxit. Idipsum praestitit Beata Virgo, aliique sancti. Zelus imitandi.

Punctum 3tium. Expende mala otij: 1. quia est pulvinar diaboli: 2. quia causa variarum tentationum et scelerum. 3. quia Dominus servum a bono opere torpentem damnavit, et in ignem inferni misit. Contra iusti laboris plurima bona. 1. quia homo ad laborem creatus. 2. quia tentationes et plurima evitat mala. 3. quia spem aeternae retributionis ingenerat. Amor laboris.

Meditatio 15.

De Auditione Verbi Dei ex parabola seminantis. Lucae 8.

Praeludia ut supra.

Punctum Unum. Considera imprimis, quam sollicite conserat Deus semine divini verbi animas nostras partim per internas inspirationes, partim per os concionatorum, Confessariorum, Magistrorum etc. quam prompte proinde huiusmodi voces audiendae.

Punctum 2dum. Considera quam multi ex semine divini verbi nullum fructum referant. Alij qui

enim instar terræ seius Dan flocci pendunt, conculcat verbum divinum. Aliqui spinis curarum ~~[illegible]~~ sæculanum illud obtruunt. O quanta horum miserorum cæcitas.

Punctum 4tum. Considera quam amarè cæcitatem talium hominum doleat Dnus. Subdit enim Euangelista quod hæc dicens clamabat. Dum flagellaretur, dum coronaretur, dum cruci affigeretur tacebat, et dum auditionem verbi inculcaret clamabat per quod innuere voluit, quanta sit necessitas huius sacri operis. Vide Abecedarium, de auditione exhortationum.

Meditatio. 16.

De primo Christi miraculo in Nuptijs edito.

Præludia Historia.

Punctum 1mum. Vocatus Iesus venit ad nuptias cum discipulis. Quanta dignatio divinæ Maiestatis, tenuiorum hominum nuptias nõ dedignantis; quanto maior eiusdem dignatio toties ad convivium cum anima nostra celebrandum venientis?

Punctum 2dum. Deficiente vino Bma Virgo filio suo defectum denuntiavit. Quanta piissimæ Matris charitas, si tam sollicita fuit pro corporali inopia conviuum, à quibus nõ rogabatur; quanto sollicitior erit pro spirituali bonorum filiorum, à quibus invocatur?

Punctum 3tium. Iussit Christus impleri hydrias aqua quam in optimum vinum convertit. Quanta potentia et liberalitas in nuptijs animæ spiritualib. Gratitudo. Præparatio.

Med. 17.

Meditatio 17.

De leproso mundato, et seruo Centurionis

Præludia Historia.

Punctum 1mum. Jesus leprosum se adorantem et rogantem manu tetigit et mundauit, factum celare iussit, et ad sacerdotes remisit. Expende 1mo. Quanta vis orationis cum viua fide, humilitate, et resignatione. Expende 2do. Quanta benignitas saluatoris, qui cum verbo posset, tacta manus sanauit. Expende 3tio. Quanta humilitas Domini, tam grande miraculum occultare iubentis. Expende 4to. Quanta dignitas sacerdotum, ad quos hic infirmus remittebatur.

Punctum 2dum. Jesus Centurioni pro seruo paralytico deprecanti ait. Ego veniam et curabo eum cui Centurio. Dne nō sum dignus etc. Expende 1mo Centurionis Charitatem pro seruo solliciti. Expende 2do. christi benignitatem petitioni annuentis. Expen 3tio. Virtutes huius Centurionis. 1mo. Humilitatem dum se indignum dicit christi præsentia. 2. Fidem dum credit absentem posse verbo sanare. 3. Sapientiam, dum Deum agnoscit, cui ad nutum oēs Creaturæ obediunt magis quā famuli sui sibi.

Meditatio 18.

De sedata maris tempestate.

Præludia Historia.

Punctum 1mum. Dormiente Christo oborta

est in mari vehemens tempestas. Vt ab origine mundi, ita etiam nunc nõ solum vniversalem navem Ecclesiæ, sed et in particulari quamq electam, occulto prudentiæ suæ consilio, persæpe Dñus Deus sinit exagitari propter varias causas. 1. Vt Electi suam infirmitatem agnoscant. 2. Vt sibi diffidentes diuinum auxilium implorent. 3. Vt viriliter certando meritum augeant. Resignatio. Amor.

Punctum 2dum. Excitatus Dñus imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas. Quam admiranda, amanda, et glorificanda Christi potentia! cui omnes Creaturæ licet rationis expertes, ac etiam furiosum mare, ad nutum obediunt: solus homo ad imaginem Dei factus, rationis compos, aliquando obedire non vult. Quanta bonitas eius, vt licet culpabiles simus, tamen inuocatus sedat tempestatem tentationum.

Meditatio. 19.

De prædictione Passionis, et cæco illuminato. Lucæ 18.

Preludia historia.

Punctum 1mum. Christus ascendens Hierosolymam duodecim discipulis prædixit passionẽ suam, et ipsi nihil horum intellexerunt. Considera 1mo. Paternam Christi erga suos providentiam, præmonentis eos, quorum fragilitatem prævidebat. 2do qm

frendo

præsentem in sua memoria habuerit passionem suam. 3tiô. Discipulos nihil intellexisse, quia contrarium est mundo et carni, contemni, conspui, flagellari etc.

Punctum 2dum. Cum appropinquaret Jesus Jericho, caecum quendam mendicum, licet à turba increpatum clamantem: Jesu Fili David miserere mei, ad se adduci iussit et sanavit. Considera virtutes huius caeci. 1. Fidem quâ Christum esse Messiam et filium Davidis credidit. 2. Fervorem in oratione, quia cum affectu clamabat. 3. Constantiam, quia cum moneretur ut taceret, magis vocem elevabat. 4. Devotionem et gratitudinem, quia sanatus sequebatur Jesum, magnificans Deum. Caecus hic est typus cuiuslibet peccatoris à Christo per gratiam illuminati.

Meditatio. 20.

De ingressu Jesu in Hierusalem.

Praeludia Historia.

Punctum 1mum. Christus verus Agnus, ut Agnus Typicus quinque diebus ante immolationem suam Jerosolymam ingredi voluit, et quidem non communi more, ut alias, sed cum triumpho, non pedes sed asello insidens, idque ob has fere causas. 1. Ut se ostenderet se sponte, libenter, gaudenter praeparare ad passionem, ideoque nunc cum tanto maiore intrabat gloria, ut post inde tanto cum maiore educeretur ignominia. 2do. Ut nos ad gloriosam sui imitationem in amore crucis et opprobriorum provocaret. 3tiô Ut quantumvis ingratos peccatores in spe

erigeret, gratiam perditam recuperandi, cum non de-
dignetur tam mansuetus venire ad Ierosolymitanos,
quos sciebat nec tanta amoris flamma emolliendos. Gra-
titudo. Spes. Amor.

Punctum 2dum. Filium ita se humiliantem Pater
aeternus exaltaturus, puerorum mentes illuminavit, ut
eum verum Messiam in lege promissum agnoscerent, et
cum reverentia et exultatione exciperent, et in urbem de-
ducerent, clamantes: Hosanna. Benedictus, qui &c.
Congratulatio. Imitatio.

Punctum 3tium. Pueris adiungunt se turbae, et sper-
tâ Principum Iudaeorum et Romanorum reclamatione, sum-
mos quos possunt deferunt honores, frondes, vestes, tra-
cedenti substernendo. Quanta vis divinae gratiae! quan-
tum gaudium Christo! sed proh dolor, illi ipsi, qui vestes
suas illi substernebant, brevi illum propriis spolia-
runt, qui frondes sternebant, post Cruci affigebant. Ho-
ror. Inconstantia.

MEDITATIONES DE PASSIONE DOMINI NOSTRI IESV.

Quamvis Meditationes mysteriorum Passionis Chri-
sti praecipue pertineant ad supremam viae Illuminati-
vae partem, nihilominus sunt valde utiles omnibus,
quamcunque illi viam ambulent. Nam incipientes Ty-
rones

rones inuenient in eis efficacissima motiua ad se purgandum, passionesq mortificandas: Proficientes ad crescendum in omni genere virtutum, et Perfecti denique ad consequendam ardenti amore vnitionem cum Deo. Hinc S. Bernardus ait. Passionem Christi Domini vsq ad hanc diem facere, vt terra tremat, lapides confringantur, et aperiantur sepulchra, et templum velum scindatur. Nam qui in ea meditantur, si terra sunt ob affectiones ad res terrenas, tremunt. Sancta Dei, in filium suum iustitia, timore commoti et ad illos inordinatos affectus deserendos excitantur: si lapides ob duritiem cordis, emollescunt et confringuntur, ob magnitudinem doloris: si sepulchra clausa, ob pudorē manifestandi suas culpas, aperiuntur confessione. Omnibus denique scinditur velum, quod diuidebat inter Deum et Nos, vt possimus iuxta Apostolum reuelatā facie gloriam domini, et abyssum cœlestium eius secretorum speculari. Hanc ob causam merito dicebat Albertus Magnus, simplicem Passionis Christi meditationem plus vtilitatis homini afferre, quam si anno integro, in pane et aquā ieiunaret, ac flagellis se quotidie vsq ad sanguinem cæderet, et psalterium totum quotidie recitaret. Hæc enim exercitia etsi bona sint, si tamen nude exerceantur, non habent tantam vim ad purificandum cor à suis vitijs, virtutibusq illustrandum, et diuini amoris affectib

perficiendum, atq attenta et profunda Christi Dni nostri Passionis meditatio. Hinc et Leo X. Pontifex Maximus, decem millium dierum Indulgentias concessit cuilibet qui hanc Passionem Dni aut meditando percurrat, aut legat, aut ab alijs legi audiat.

Extat liber antiquus concionum de Passione Dni in cuius præfatione leguntur ista. Qui magnas opes exiguo labore consequi, et fulgentem coronam tuto ac nullius periculi certamine mereri cupit, is dedat se exercitio meditandi vitam ac mortem, doctrinam ac merita Dnii Salvatoris Jesu Christi. In ea Meditatione si ad finem usq perseveraverit, gratiam Dei tam certo sibi promittat, ac si regnum certum in potestate sua haberet. Tanta utilitatis est Dominicæ Passionis meditatio. Porro ad solidiores in perpendendis singulis his mysterijs discursus formandos, congruosq ex ijs affectus efficacius eliciendos, cum plurimum conducat, communiores in ijs occurrentes circumstantias profundius penetrare, ideo prius de illis, quasi de fundamento totius futuri operis, aliquas Meditationes per modum proœmij in laudem Christi Passionis instituam.

Meditatio. I.

De Persona Christi patientis. seu Quis patitur.

Prœludium 1mum. Constitue te coram Jesu in Cruce extenso. Prælud.

Præludium 2dum. Peto gratiam, cognoscendi excellentiam ipsius personæ. &c.

Punctum Unicum. Christus Dnus ut ineffabili modo, unitam habuit naam humanam, verbo, ita etiam eminentissime erat supra omnes creaturas excellentiâ. Nam I.o quoad Personam suam erat naalis Dei filius, proinde verus Deus. Quoad Naam divinam, æqualiter cum Patre et Spiritu Sancto immensus æternus, infinitus, incomprehensibilis, Omnipotens, Sapiens bonus, iustus, misericors, Sanctus. Quoad Naam humanam verbo unitam, primogenitus electorum, exemplar omnium prædestinandorum: finis omnium creaturarum.

II. Quoad officia: erat Caput et Rex summus hominum et Angelorum, Sacerdos, Mediator, Legislator, doctor, miraculorum patrator, discretor meritorum. Judex omnium.

III. Quoad animam: in hac habuit ab initio Conceptionis clarissimam visionem Dei, in eminentissimo gradu; scientiam infusam maximam, quâ novit omnia; sanctitatem infinitam seu impeccabilitatem; gratiam sanctificantem cum omnibus virtutibus infusis, gratiam demum capitis influendi et merendi omnibus vitam æternam.

IV. Quoad Corpus: hoc habuit ex purissimo sanguine Bmæ Virginis, opera S. Spiritus formatam: quoad complexionem temperatissimum et

tenerrimum; quoad formam et staturam decoris-
simum; quoad proportionem membrorum decentissimu;
quoad phantasiam sensusq omnes vivacissimu.

V. Quoad reliqua externa bona erat oriundus
ex Patriarchis, e regia stirpe Davidica, ex sanctissi-
ma matre: magis passim sanctitatis nomine celebris,
divinis eloquentiis, suavissimis moribus, operibus etiam
hostibus mirraculorum patratione admirabilis, vulgo
ob tot signis beneficia exhibita carus, summus con-
temptor opum, honorum, voluptatum atq propterea ve-
et plurima alia, omni honore, amore et obsequio, di-
gnissimus. Quanta ergo indignitas, talem ac tan-
tum, tam acerba, infanda pati? quantus amor, tale
se ultro ad illa perpetienda offerre? Qualis proinde
Christo tanta pro nobis patienti debetur compassio,
gratitudo, amor, oblatio etc. Hoc ubi ponderaveris,
elice praedictos affectus, per 5. suspiria iuxta pra-
xim in Abecedario traditam, hoc vel simili mo-
do.

I. Ô quam incomprehensibilis est dignatio tua
Jesu infinite misericors! nõ possum ego illam compre-
hendere, nec ulla creatura poterit in aeternum. 2. Ni-
hilominus animatus ptout possum condoleo tibi tali
ac tanto talia ac tanta ex amore mei patienti,
doleo de meis omniumq peccatis, ut potis causis tuae
amarissimae Passionis agnosco infinitam charita-
tem, pro quâ intimas gratiâs ago in recompen-
sationẽ

sationem. Offero me tibi totum seu holocaustum in obsequium: atque ibi omnia purissimè non intuitu mercedis aut supplicij, sed ex mero amore tui, intensissime omni possibili compassionis, gratitudinis affectu; constantissime inter prospera et adversa tota vita; insatiabilissime quoad desideria supra vires hos omnes affectus crebrius exercendi in aeternum et ultra. 3. Neque id solum meo sed omnium hominum et Angelorum etiam creandorum affectu. 4. In unione similium affectuum, quos unquam habuere illi Sancti, aut habebunt usque ad finem mundi. 5. Utinam meum hos et multo inflammatiores eliciant affectus omnes pro quibus Christus passus.

Meditatio. 2.

De Circumstantiis, pro quibus et à quibus Christus patitur.

Praeludia ut supra.

Punctum 1mum. Christus Dominus passus est. Primo pro omnibus hominibus culpâ sua vilissimis abiectissimis, miserrimis servis diaboli, filiis irae, qui reatum gehennae ignis malitia sua contraxerunt. 2do. passus est pro ingratissimis, qui tot donis naturae, tot charismatis gratiae, tot promissis bonis gloriae, erant abusuri. 3tio passus est pro indignissimis inimicissimis, qui multis enormibus et abominandis sceleribus protervia sua, Maiestatem eius erant laesuri. O bone

inæstimabilis Charitas Salvatoris nostri quam non potuerant extinguere tot flumina ingratitudinis, flagitiorum, præsertim cum illi semper clarissime ob oculos versarentur. Compunctio. Amor.

Punctum 2dum. Christus Dominus vt passus est, pro vilibus ingratis et indignis, sic ab ijsdem passus est tali-bus summis, medijs, infimis. Imo passus est à Regibus, Iudicibus, Gubernatoribus, Pontificibus, Sacerdotibus, Scribis, Pharisæis (qui erant illius temporis religiosi). Au-lius militibus, Gentilibus, Iudæis lictoribus, plebe, Iuda discipulo, diabolis seu principibus tenebrarum. Tales illi à quibus patiebatur, erant hostes crudeles, capitales inimici eius, superbi ambitiosi cupidi Hypocritæ, hostes veritatis et Magistri, qui illam docebant. Erant prætereà animi perturbatione odio, rancore et inuidia aduersus eum pleni, eo quod vitia eorum repræhen-deret, ac honores eorum honores, sapientiæ suæ, sancti-tatis et miraculorum authoritate obscuraret. ideo illum è medio sublatum cupiebant, alij ob malitiam propriam, alij ob vilicitam, alij ob timorem gra-tiæ Cæsaris vel plebis. alij ex ignorantia; alij ob falsum zelum religionis, et publici boni, cum tamen ille omnes exceptis diabolis, tenerrime amaret, et ardentissime eorum salutem desideraret. Reno-uandi et hic affectus Redemptoris.

Meditatio. 3.

De Causis cur Christus passus.

Prælludia solita ut supra.

Punctum 1mum. Causæ mouentes Filium Dei, ut dignaretur tanta pati, triplices possunt expendi. In primis ex parte Filij Dei mouerunt ipsum eius bonitas, misericordia, charitas, quâ ferebatur in Deum Patrem, itemque in uniuersos, quos à Patre ardentissimè diligi videbat. Quis magnitudinem tantæ charitatis intellectu assequetur? nullus, nullus, ne quidem Cherubin. Quis dignos admirationis, gratitudinis, amoris rependat affectus? nemo in æternum, ne quidem Seraphin, pro modulo nihilominus tuo, quantum potes, tantum aude.

Punctum 2dum. Ex parte æterni Patris impulit eum zelus amorem suum erga Patrem testificandi. Cum enim videret se omnia assecuturum, si pro humano genere pateretur, quæ ab æterno Patre ad satisfaciendum diuinæ iustitiæ præfinita sciebat, obtulit se ad illa omnia et singula promptissimè perpetienda. Quin et tu si Christo vis esse similis, hunc zelum imiteris.

Punctum 3tium. Ex parte generis humani mouerunt eum. 1mo ut peccata nra superabundantissime ex rigore iustitiæ expiaret, cum una guttula sanguinis vel sudoris suffecisset. 2do ut nos bonis gratiæ et gloriæ largissimè ditaret, suos

hæredes conscriberet. 3tio Vt exemplo suo nos doceret, modum virtutes omnes perfectissimè exercendi, nō solum agendo sed et patiendo. 4to. Vt nobis promereretur gratiam et virtutes omnes mediaq́ necessaria, quibus iustificationem et perfectionem assequeremur. Quid tam liberali charitati retribues? an non redamabis, imitaberis et cooperaberis strenuè tot et tantis gratiæ auxilijs.

Meditatio. 4.

Quomodo Christus sit passus.

Præludia solita vt supra.

Punctum 1mum. Circumstantia hæc condimenti loco nobis esse debet, ad gustum spiritualem inveniendum in omnibus, quæ de Christi passione meditabimur. Considera itaq́ 1mo quòd quæcunq́ tormenta tolerabat, nulla vi aut necessitate, sed (vt Isaias dixit) quia ipse voluit, et sponte sua tolerabat. O si tali dilectionis affectu oēs adversitates et tu tolerares.

Punctum 2dum. Considera quòd quoad internam mentis affectionem oīa et singula passus est, cum ineffabili dilectionis et desiderij affectu. Dilectionis nullam vindictam contra hostes vindices et [illegible] appetendo, imò salutem et gloriam illorum ardenter sitiendo. Desiderij. Gratias offerendo agendo offerendo se deo Patri, nō solum ad illa omnia et singula, sed ad multò etiam plura duriora, et atrociora patienda, si divinæ eius voluntati

voluntati placuisset. Amoris, omnibus hominibus non solum bonis et electis, sed etiam malis et reprobis, quos veluti imagines sanctissimae Trinitatis aspiciebat, benefacere desiderando. O quantis fervore quotidie affectus continuabat!

Punctum 3tium. Considera quam quoad externum corporis habitum omnia fuerit, eum eximia modestia, alacritate constantia, cum divina verborum gravitate efficacia, cum perpetua vultus serenitate cum mira gestuum motuumque gratiositate. denique cum summa omnium etiam hostium admiratione et aedificatione nullum unquam signum vel impatientiae vel vindictae vel amaritudinis vel cuiusvis inordinatae affectionis tam verbo quam nutu prodendo. O divinae aedificationis speculum imitareris, quam pulchrum tu quoque speculum efficereris.

Meditatio. 5.

De consilio Iudaeorum contra Christum habito. Lucae 20.

Praeludia ut supra.

Punctum 1mum. Christus extuens invidiam et necem suam conspirantium, praemonuit discipulos dicens. Scitis quia post triduum Pascha fiet, et filius hominis tradetur ut crucifigatur idque propter varias causas. 1ma ut ostenderet se sponte non coacte mori. 2da ne ex inopinata traditione eius discipuli turbarentur. 3tia ut plenius tantam dignationem eius se ultro ad mortem

Crucis offerentis æstimaremus, redamaremus.

Punctum 2dum. Principes Sacerdotum et Seniores populi in atrio Caiphæ consilium inierunt, quo loco, tempore modo, Christum dolo capere possent. ô quanta malitia et ingratitudo horum Sacerdotum et Seniorum! qui sano consilio alios adiuuare debebant, illi primi de morte Domini nri consultant. ô quanta benignitas, quanta charitas Christi Jesu, qui dum sui hostes sibi mortem machinantur, ille illis profusione sui sanguinis paratissimus est promereri, vitam æternam. Disce non reddere malum pro malo.

Meditatio. 6.

De christo à Iuda 30. argentis tradito. Lucæ 22.

Præludia Historica.

Punctum 1mum. Cum sic de christo capiendo sacerdotes consultarent, interim Judas huic malignantium consilio vltro se ingerens inquit. Quid mihi vultis dare, et ego eum vobis tradam. Prima passionis Dni nostri pars, primaq ignominia et iniuria fuit quod venditus; quare eam soli in posterum more per circumstantias perpendemus. In primo igitur hoc puncto expendemus duas circumstantias. 1mo quis sit venditus. 2do cur permiserit se vendi ut supra.

Punctum 2dum. In hoc puncto expendemus alias tres circumstantias. 1mo quis vendidit.

nō

non hostis manifestus sed discipulus, familiaris, Apostolus. 2do quanti vendidit, 30. argenteis. Satis vile pretium pro Christo, pro Deo, ô Iuda perdite non tam vilis anima tua, pro qua sanguinem suum fudit, Christus æstimavit, ut tu illius animam vendis, et quod magis in potestate ementium ponis, darent tibi quantum vellent. Tertio Causam quare vendidit. Inimimis propter odium, quia admonitiones eius videbantur ipsi asperæ. deinde propter avaritiam, quia propensus erat ad pecuniam et proprium. Cum enim Eleemosinas sub sua cura haberet, furabatur de illis, et pro suo arbitratu in suum commodum, cum violatione voti exponebat. Ex quo apparet in quæ pericula prolabantur religiosi proprietarij, qui sine scitu superioris aliqua retinent.

Punctum 2dum. In hoc puncto expendemus duas circumstantias. 1mo quibus vendidit, non Matri, quæ eum ante redimerat, non discipulis, aut amicis, sed Iudæis hostibus sibi infensissimis. 2do quem in finem vendidit. Ut exquisitis tormentis vitam ei adimerent. ô diabolica vendentis crudelitas. ô infernales emptorum furiæ. ô quoties etiam nunc viliore pretio a peccatoribus pro una voluptate lucello, verbulo detractorio vi venditur Christus.

Meditatio 7

De missione duorum discipulorum ad parandum Pascha, et Valedictione Matri suæ. Prœludia Historica.

Punctum 1mum. Iuda talia cum Sacerdotibus tractante Dominus morabatur (quo post et Iudas venit) in Bethania, ubi Lazarum mortuum suscitauerat, ex quâ præmisit duos discipulos in Hierusalem, ad parandum pascha in domo, in qua cum amphora aquæ virum intrantem vidissent. Considera inprimis magnam obedientiam Dñi nostri, qui noluit omittere, quod lege mox abroganda præceptum erat. 2do paupertatem, quia hospitium et alia necessaria ad festum celebrandum, Dnus universæ terræ emendicabat. 3tio Prophetiam, quia omnia quæ mox euenerunt, discipulis ad amussin prædixit. 4to potestatem excellentiæ in interiora cordium, qui mentem hominis Iudæi sic immutauit, ut cœnaculum, quod sibi suæque familiæ ornauerat, Christo Apostolisque concederet, in commune refugium.

Punctum 2dum. Præmissis duobus discipulis, antequam Dnus noster è Bethania exiuit, valedixit Matri suæ, insinuans instare tempus, quo susceptum Redemptionis humanæ opus esset consummaturus acerbâ morte suâ. Perpende his quis

sensus

sensus fuerit B.mae Matris ad tale nuntium. Quomodo utriusque Cor tam Filij quam Matris, uno eodemque doloris gladio fuerit transfixum, uno eodemque amoris æstu liquefactum. His bene comprehensis utrique compatere.

Meditatio. 8.

De esu agni Paschalis et Cæna ultima. Lucæ 22.

Præludia Historia.

Punctum 1mum. Exiens dominus de Bethania cum discipulis circa vesperum feriæ quintæ venit Hierosolymam, et ingressus cœnaculum grande præparatum discubuit. Considera quam diverso modo iter illud è Bethania in Hierusalem diversi peragebant. Nam Christus peragebat illud hilari vultu, quia sciebat se ex voluntate Patris in mortem ire. Judas etiam gaudenter illud perficiebat, quia videbat appropinquare occasionem tradendi eum, quem iam vendiderat. Cæteri verò Apostoli tristes incedebant, quia mortem Magistri metuebant, memores illius prædictionis: Filius hominis tradetur ut crucifigatur.

Punctum 2dum. Considera Christum Dominum cum servatis omnibus præscriptis cæremonijs Agnum Paschalem comedisse, simulque magno cordis sensu perpendisse, quid ille mystice significaret, quomodoque singula mox in se complenda forent. His ponderatis disce etiam minima statutorum religionis diligenter observare.

Punctum 3tium. Inter cœnandum inprimis ait Dominus. Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum. Deinde conqueritur. Unus ex vobis tradet me, sed vae homini illi per quem tradar. Considera inprimis, quo amore ardebat ad manducationem agni typici, et cœnam ultimam, ideo solum quia in ea exhibiturus erat seipsum edendum. Deinde expende quo affectu commiserationis fertur in Judam. His expensis disce zelum sincerum erga omnes lucrandos Deo, etiam inimicos.

Meditatio 9.

De lotione pedum Joan. 13.

Præludia Historica.

Quis lavat — Punctum 1mum. Admonito Juda surgit Christus à cœna, linteo se præcingit, mittit aquam in pelvim ad lavandos discipulorum pedes. Considera inprimis quis sit, qui servile omniumque vilissimum ministerium hoc eluendi sordidos pedes suscipiat, videlicet Christus Filius Dei etc. O quam inaudita charitas et humilitas, admirare, gratias age, imitare.

Cui — Punctum 2dum. Deinde considera, cui lavat Petro, primum recusanti, deinde et reliquis Apostolis etiam Judæ ipsi, possibile quia et plurimum aliquas lacrymas ex oculis effudit, quas cum aqua in pelvim miscuit, cum illisque simul pedes perditi discipuli lavit, et tamen durum tiam eius emollire non potuit. Emolliatur saltem

cor tuum, Ut discas ex hoc exemplo diligere ini-
micos tuos, eisq[ue] benefacere.

Punctum 3tium. Ad extremum considera quo-
modo lauat, tam quoad internam mentis affectio-
nem quam quoad externum corporis habitum. Insu- Quomodo.
per considera cur lauat. 1mo Ut sordes pedum
ablueret, sed Ut doceret, 2do quomodo se praepara-
re quis debeat ad Sanctam Eucharistiam, nempe
aquis lachrymarum. 3tio Ut exemplum daret, ne
nos puderet minoribus seruire.

Meditatio 10.
De institutione SSmae Eucharistiae. Lucae 22.

Praeludia historia.

Punctum 1mum. Finita lotione pedum sciens Do-
minus se mox a discipulis suis diuellendum, instituit
noua legis sacrificium simul et Sacramentum consecran- Panis et Vini
do panem et vinum, in corpus suum et sanguinem suum, in Altar dos
simul aeterno Patri offerendo et discipulis porrigendo,
idq[ue] in hos fines. 1. Ut perpetuum haberent sacrificium
omnium sacrificiorum perfectiones eminentissime
continens. 2do Ut per participationem huius san-
ctissimi Sacramenti mysterij Deo incorporarentur,
in gratia confirmarentur, in sanctitate crescerent.
3tio Ut in vita haberent solatium, in morte viati-
cum, post mortem pignus nobilissimum vitae ae-
ternae.

Considera hic 1mo. Admirandam Sapientiam Dei, qui tam commodum et suavem modum adinvenit nobis se per cibum et potum ad nostram spiritualem nutritionem coniungendi.

Considera 2do. Infinitam eius potentiam, qui substantiam panis et vini, verbis consecrationis, toties et in tot locis in suum corpus commutat; et sub specie panis et vini totus cum corpore sanguine anima et deitate contineatur; et nihil aliud panis praeter sola accidentia remaneat, ut totus in tota hostia, et totus quoque in qualibet eius parte existat.

Considera 3tio. Stupendam eius bonitatem et charitatem, dum ei Iudas molitur proditionem, sacerdotum Principes parant crucem et mortem, ille testamenti et pretiosae haereditatis loco, donat nobis non regnum temporale, non opes, non honores, non aquam de Petra, non manna, non Angelum, sed seipsum Deum et hominem. Et seipsum non ut Regem tantum et dominum, Patrem, Fratrem, etc. sed in cibum et potum cum divinitate, cum omnibus satisfactionibus suis et meritis, ut eius divinae naturae consortes efficeremur.

Considera 4to. Fervientissimum zelum salutis nostrae, qui per seipsum passionis suae fructum ei nobis applicavit.

Meditatio. II.

De admirandâ panis in Corpus conversione.

Praeludia.

Præludia ut supra Historica.

Punctum 1mum. Considera Mysteria, quæ in verbis consecrationis latent et imprimis. Expende non dixisse Christum. Hoc est Figura aut repræsentatio Corporis mei, sed hoc est corpus meum verum reale et verum, nam alias verba et ~~mysterium~~ dicta ipsi cum re non convenirent, quod asserere esset impium, licet enim ad nos sanctificandos, et spiritualiter nutriendos sufficeret hoc sacramentum esse merum panem, sicut in Baptismo pura aqua nos lavans sanctificat, non tamen Christus satis habuit, sed proprio suo corpore nos nutrire voluit, sicut Mater vehementer Filium amans, non permittit ut ab alia nutrice educatur. Fides. Amor. etc.

Punctum 2dum. Expende non dixisse Christum. Hoc est pars Corporis mei, aut carnis meæ, sed hoc est corpus meum totum, integrum ac perfectum, licet enim minima carnis eius particula ad nos sanctificandos sufficeret, totum tamen cum omnibus sacratissimis membris, oculis, manibus etc. nobis dare voluit, quia illum hominem, qui eum recipit, totum ac integrum vult sanctificare. Amor. Gratitudo. etc.

Punctum 3tium. Expende ultima verba consecrationis. Quod pro vobis tradetur. Quibus significatur, esse corpus venditum à Juda,

et crucis affigendum, et conveniet esse, qui se in mortem tradebat in hoc Sacramento, et utrumque ex hoc amore procedere. Quare in hoc Sacramento Sanctissimo sputa, vulnera, sanguinem et merita considerabo, quae in morte sua accepit. Quae ut sunt mortis, ita nostrae sunt signa. Amor, Fides, Spes, Passionis repraesentatio.

Meditatio 12.

De prima Apostolorum et Christi Domini Communione.

Praeludia ut supra.

Punctum 1um. Considera quod Christus Dominus eo tempore quo Panem in corpus suum convertit inenarrabili prodigio, statim tradendo corpus suum Apostolis, aliud Omnipotentiae suae miraculum edidit, illustrans videlicet intellectum uniuscuiusque discipulorum extraordinario lumine, ut viva fide crederent, quod sub illo panis velo, esset corpus Magistri sui, ideoque ea reverentia et Amore qua illum prosequebantur, illud receperunt. Roga Dominum Deum, ut tibi fidem, timorem et amorem Apostolorum tribuat, quando communicas.

Punctum 2um. Considera magnam dulcedinem et admirandos affectus, quos Apostoli in prima illa communione senserunt qui sine dubio adeo fuerunt excellentes, ut ex eis cognoverint, infinit

cognitam illius cibi excellentiam et dignitatem. So-
lus Judas in hoc divino cibo nullum gustum invenit,
quia illum sumpsit sine fide, sine reverentia, sine
amore. Poteris hic discurrere per omnes Aposto-
los, quos singuli affectus in hac communione eli-
cuerint, v.g. S. Petrus elicuit fidei affectum,
dicens: Tu es Christus Filius Dei Vivi. S. An-
dreas spei. S. Joannes Amoris. S. Mattheus hu-
militatis, quia ad hunc peccatorem Deus divertit.
Poteris insuper perpendere, quos affectus Beatissima
Virgo elicuerit, quam Metaphrastes scribit in
aliquo cenaculo fuisse, et Baronius addit, per
manus S. Petri, S. Synaxim illi missam fuisse.
Quando communicas, cura ut similes affectus eli-
cias.

Punctum 3tium. Expende Christum Dominum
nostrum, ut communiter Sancti dicunt, accepisse frustu-
lum primum consecrati illius panis, ac seipsum com-
municasse, quo Apostolos excitaret ad communicandum,
daretque exemplum illis, qua reverentia, devotione
panem illum sumere deberent. Perpende diligen-
ter, quantam reverentiam ac devotionem osten-
derit externis, cum ille bolus ad os eius perve-
niebat, attendens ad divinitatem quae conjuncta
erat carni suae, quam in illo sumebat, et quan-
tos affectus imbiberit in anima sua tum temporis,

Jesus imitandi

Meditatio. 13.

De Sacramentalibus Panis et Vini Speciebus.

Preludia ut supra

Punctum Imum. Expende cur Dnus sub duabus distinctis speciebus Sacramentum hoc instituerit, siquidem vere, re ipsa cum corpore est sanguis, et cum sanguine corpus. cuius duae praecipuae sunt causae. Ima ut ostenderet se nobis perfectum parare conuiuium, quod sine cibo et potu distincte propositis esse non potest. 2da. Ut ita significaret suum sanguinem totum fuisse a corpore in passione separatum. Quare dum in Missa vides, seorsim hostiam sacram eleuari, et seorsim sanguinem, meminisse debes, huius separationis, simulque acerbissimae passionis.

Punctum 2dum. Expende cur Dominus hanc panis et vini in suum corpus conuersionem, voluerit esse ita inuisibilem. cuius duplex est causa. Ima ut recens et continuum humilitatis exemplum nobis praeberet panis et vini figura externa diuinitatis et humanitatis suae altitudinem occultando. Hinc fit ut a multis etiam hoc Sacramentum contemnatur. 2da. Ut recens et continuum heroicae fidei exercitium haberemus.

Punctum 3tium. Expende cur sub speciebus panis et vini potius quam sub alia re, se nobis reliquerit. cuius Ima causa est, ut nobis strictissime con

ingereretur, nō modo spiritualr, quā Deus, sed etiam corporaliter, quā est homo: nihil enim magis intimè homini datur, atq cibus et potus. 2da ut significaret se omnes eos effectus in anima nrā efficere, quos panis et vinum in corpore nrō efficiunt. Huius enim Sacramenti gratia nutrit, conseruat, et auget vitam nrām spiritualem, dat robur, cor laetificat etc. 3tia ut significaret quia sicut panis efficitur ex multis granis, vinum ex multis uuis, in unum coëuntibus, ita diuinus hic cibus et potus requirit corda charitate coniuncta.

Meditatio 14.

De Potestate quam Christus Dnus Apostolis dedit ad consecrandum et offerendum Corpus suum.

Proludia ut supra

Punctum 1mum. Eodem tempore, ut hoc mysterium ad finem usq mundi in Ecclesiâ frequentaretur, consecrauit Dnus Apostolos Sacerdotes, deditq eis potestatem conficiendi corpus suum, praecipiens per ea verba. Hoc facite in meam commemorationem. Circa quod considera 1mo. Infinitam Dni Nri Charitatem, qui nō Angelis, sed hominibus dedit potestatem supra suum corpus ut conuertere possint panem in substaām corporis, sicut ipse conuertit, quod omnia plane miracula excedit. 2do Liberalitatem, qui hanc pote-

statem, nō limitauit ad certum numerū personarum
aut hostiarum, aut locum aut tempus sed plenam dedit
facultatem omnibus sacerdotibus, siue probis siue im-
probis omni tempore et loco, quo illud in singulis tem-
plis et quibusuis oratorijs hoc Sacramentum confi-
cere. 3tio considera infinitam eius humilitatem,
et obedientiam, qui se obstrinxit ad vocem cuiusuis
sacerdotis sub illa mora sub speciebus panis descen-
surum, etiamsi peruersa intentione consecraret v.
gr. ad conculcandum illum, aut in ignem proijci-
endum.

Punctum 2dum. Considera 1o Christum d-
misterium sacerdotibus commisisse in memoriam su-
praecipue autem Passionis et mortis; Vt hinc disca-
mus, quanti ipse faciat passionis suae memoriam
recentem apud nos esse. 2o quod isto Sacramento
Passionis dñicae nobis fructus applicetur.

Meditatio 15.

De Manifestatione Proditoris sui

Joannis 13. Praeludia solita.

Punctum 1mum. Post peractam Coenam fe-
cit Jesus prolixum ad discipulos sermonem, quo
completo turbatus est spiritu, et dixit. Vnus
qui manducat mecum, et intingit mecum manum
in paropside tradet me. Considera turbari 1mo
Jesum, quia inter suos vidit Judam hominem
peruersum, impoenitentem, et reprobatum, qui di-
solus

illius tantum erat tamen sufficiebat diluere gaudium, quod cum tot alijs bonis habebat. 2do turbari illum ex compassione, quod vel unus ex suis periret. 3tio turbari, quia indigne cum affectu peccandi unus suorum sumpsit Sacramentum. Disce si superior fueris laborare ne vel unus tecum pereat, aut indigne communicet.

Punctum 2dum. Considera miram Christi mansuetudinem permittentis manum proditoris in eadē secum patropside, et ne eum pudore afficeret generatim tantum admonentis. Unus. Disce nō prodere peccata aliena, quando occulta sunt, vel minus nota.

Punctum 3tium. Considera quid cæteri Apostoli ad hanc generalem admonitionem dixerint. Ait Sūs Matth. quod contristati valde, cœperunt singuli dicere. Numquid ego sum Dñe. Ex quo disce bonā et humanarū mentium ēē culpam timere etiam ubi non est. 2do disce omnia quæcunque in exhortationibus concionibus, et publicis admonitionibus audis, ad te referre examinando teipsum, num tibi monita data publice non serviant: non sicut Judas, qui admonitionē istā surda aure excepit, et continuō exiuit.

Meditatio. 16

De itinere in hortum Gethsemani. Matth. 26.

Præludia solita Historica.

Punctum 1mum Manifestato proditore et Hymno dicto egressus est Urbe, Transtorrentem Cedrum Dominus noster, cum discipulis metu suspensis, & dixitq scandalum, quod erant illa nocte passuri, maxime Petro sibi praefidentiori, lapsum in trinam negationem. Considera 1mo Christum egressum Urbe, et ad [illegible] non ut fugeret (sciebat enim locum Judas) sed ut commodius comprehenderetur. Considera 2do. Quanto cum desiderio & promptitudine ad illum hortum ierit, Torrentem pertransierit, ut tandem exoptatum opus Redemptionis nostrae inchoaret, et gratiam nobis ad aeternam felicitatem enavigandam impetraret. Considera 3tio Sequentes discipulos trepidos, cum gemitibus et suspirijs. Considera 4to. veram divinitatem Christi qui futura atque adeo secreta cordium penetrabat. Considera 5to. Eius charitatem, qui Apostolos, et Petrum sui imbecillitati confidentem ne forte post lapsum desperarent, ante lapsum de futuro admonuit. Condole. Gratias age.

Punctum 2dum. Cum venisset in Villam Gethsemani, assumpsit Petrum, Jacobum, et Joannem reliquis in villa relictis, ingressus est hortum cum illis tribus ad Montem olivarum situm. Considera 1mo quo utrorumque dolore tam Christi quam Apostolorum tale divortium sit factum, et disce etiam charissima propter Deum relinquere. Considera 2do. Iturus Dominus

hortum

hortum ingressum esse ad expiandam prævaricationem ad-
missam in horto voluptatis, ut ubi primus Adam libertatem
admiserat, ibi secundus Adam recuperare illam incipe-
ret. Gratitudo Amor, &c.

Meditatio 17.

De tristitia Christi in Horto. Matth. 26.

Præludia Historica

Punctum primum. Ingressus in hortum Dominus cœ-
pit tædere, pavere et mœstus esse dicens discipulis.
Tristis est anima mea usque ad mortem, sustinete hic,
et vigilate mecum. Considera in primis naturam haru
afflictionum. Tædium est fastidium quoddam rerum
omnium huius mundi, nihil in terra cernens, quod illi pos-
set levamen afferre. Timor est anxietas interna
propter malum arduum futurum. Tristitia est dolor
de malo naturali propensioni repugnanti, quod
tamquam præsens intuetur. Considera deinde quis pa-
titur has afflictiones! et in quo. Ille qui est sua-
vis et dulcis omnibus timentibus se, et tædet. Ille
qui indutus est fortitudinem, timet. Ille qui est
dulce solatium mœstis, gaudium Angelorum, qui quoad
animam est beatissimus, in anima affligitur, tri-
statur. Compassio dolor.

Punctum 2dum. Considera postea causas
harum afflictionum: seu cur tædet, timet, tristatur.

Primo tedij, ut haberet tedium meum ipse, de appetentia circa difficilis opera, vel ut desiderium ardens patiendi demonstraret, quemadmodum enim viatorem, antequam ad locum designatum deveniat, tedet: ita et ille tedio afficiebatur, quia passio sua differebatur.

Secundo Timoris: ob flagella, spineis coronam, clavos et alias iniurias, quas illa nocte certo sciebat sibi subeundas. Vel ut ad timorem mortis, et alia subeundo superandum nos animaret.

Tertio Tristitiae. Quia praesentissima habebat et quasi coram intuebatur, cuncta peccata omnium hominum, pro quibus pati debuit, cum suis enormitatibus. Quia videbat ingratitudine multorum, quod Passio et Mors sua in multis exiguum valde fructum productura erant. Cernebat miserabilem perditionem dilecti populi, condemnationem Iudae, scandalum discipulorum, et inimicorum Crucis, afflictionem suae Matris, aliorumque sibi condolentium. Vel etiam ideo tristabatur ut gratiam nobis verae contritionis impetraret, et tristitiae defectum, quem homines de suis culpis non sentiunt, hoc interno suo dolore (habendo nostras tunc culpas praesenter) suppleret. His consideratis, expende quam intensus extiterit in benedictissima illa Salvatoris nostri anima dolor compassio. Resignatio ad omnes desolationes

gores, et tristitias æquo animo ferendas.

Nota pro praxi, ex ultima consideratione, dum actum contritionis elicis, unias illum interno dolori quem Dñus noster in horto de culpis om̄ium hominum et tuis sensit; ut defectum doloris tui ingenti dolore Dñi Jesu suppleas.

Meditatio. 18.

De Oratione Christi in horto.

Præludia. Historia.

Punctum 1um. Cum prædicto modo Christus esset tristis suosq discipulos tristes videret, exhortatus est eos ad orandum dicens. Vigilate et orate ne intretis in tentationem: et auisens eidem consilium sibi progressus est ab illis quantum iactus lapidis positis genibus, procidit in faciem super terram orans. Pater mi si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen nō sicut ego volo, sed sicut tu. Considera in primis, et disce Christi Dñi exemplo desolaciones et moerores nō sublevari garriendo sed colloquendo cum Deo in oratione: deinde considera et disce quatuor singularia ex hac eius oratione. 1mo separationem ab alijs dum oras. 2do ritum orandi, flectere, procidere in faciem etc. 3tio confidentiam. Pater mi. 4to Resignationem exactissimam in voluntatem diuinam. Non sicut ego volo, sed sicut tu.

Punctum 2dum. Prima hac Oratione finita, surrexit Christus, nullo solatio à Patre accepto: reuisens discipulos, inuenit eos dormientes præ tristitia, quos ad vigilandum secum et orandum denuo adhortatus, rediit secundo ad Orationem dicens, Pater mi si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Considera inprimis in Christo magnam sollicitudinem de suis, qui etsi in afflictione ipse positus, interrupit orationem, ut eos visitaret, quos licet dormientes inuenit, non indignatus est eis, sed blande corripuit. Disce hinc ita studere Orationi, ut tibi commissis negotijs non desis. Deinde considera in discipulis, hominum inuriam in rebus ad salutem pertinentibus.

Punctum 3tium. Secunda oratione finita redijt Christus ad Apostolos, eadem charitate quâ primo venerat, quos cum etiam dormientes inuenisset, eorum fragilitati condolens, redijt tertio ad orationem quam prolixius prolongauit. Considera quantis angustijs premitur bonus Jesus. Orat Patrem, et silet, non exauditur: quærit à discipulis leuamen, et dormiunt. Heu quam tristis hortus iste; Considera 2do Causas cur Pater æternus oranti Filio, tam diu responsum dare distulit. 1ma est ut perseuerantiam Orationis disceremus. 2da ut innotesceret, quam necessaria nobis esset eius Passio, siquidem ad tam instantes petitiones noluit eam transire. Considera denique quomodo id Filius tulerit.

Med. 19.

Meditatio. 19.

De Agonia et sudore sanguineo Christi in horto. Præludia Historica.

Punctum 1mum. Persistenti in sua Oratione Christo Apparuit illi Angelus de cælo, confortans eum; proponendo illi Passionis necessitatem, et secuturam inde Patris gloriam, hominum salutem, &c. Ô quanta dignatio tibi Altissimi, solatium à minori non indigne ferentis. idq ut ostenderet veros se pati angores, verum se esse hominem, solatio indigentem.

Punctum 2dum. Auditis Angeli rationibus Christus: factus in agonia prolixius orabat. Ô quanta afflictionis acerbitas, innocentissimi huius Agni animum occupavit, ut ab Agonizante nihil dictaret. Compatere anima mea dulci tuo Iesu, et roga eum, ut per agoniam suam, extremo vitæ tuæ tempore, det tibi vires, et certam in ipso fiduciam.

Punctum 3tium. In ista agonia, factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram: idq propter internum conflictum mæroris et timoris cruciatuum imminentium ex parte una, zelum verò Divi gloriæ hominumq salutis ex altera, in ipsa anima exortum. Vis enim imaginandi, efficaci dolorum futurorum apprehensione, vehementes affectus tristitiæ, et timoris excitabat; sed ratio superior, sciens mortis necessitatem, reliquorumq affectibus, illis resistebat, quo affectuum conflictu, eo usq excrevit animi mæror,

Et sanguis pro sudore, toto corpore in terram erupit. Perpende hic magnum amorem nostri Dñi, qui talem tristitiã sponte in se suscepit. Perpende faciem eius deformatam, capillos sanguine concretos, vestes cruore madidas. Perpende debilitatem post sudorem, solitudinem seu derelictionem ab omnibus, qui leuamen afferre possent. Deniq offer te illi (imitatus S. Teresiam, quo velum Dño communicabat suum) in hoc obsequium; offer animam et cor tuum tanquam linteamina, vel spongiam ad abstergendum hunc sacrum sudorem. Poteris hic facere applicationem internorum sensuum ad hunc sanguinem, iuxta praxim in Abecedario de Meditaõne insinuatam.

Meditatio. 20.

De proditione Christi in Horto.

Praeludia Historica.

Punctum Ium. Peracta Oratione dixit Xpus discipulis. Sufficit surgite eamus. Ecce qui me tradet, prope est. Considera imprimis, Christum Dnum cognita voluntate Patris, illico omnem metum abiecisse, neq fugam aut latebras cogitasse, licet totus exhaustus esset sudore sanguineo. Considera deinde, quantus omnium stupor et lacrymarũ effusio, hic fuerit.

Punctum 2dum. Tunc Iudas, antecedens turbam gladijs, fustibusq armatam, appropinquauit Jesu dicens. Aue Rabbi: et osculatus est eum. Cui Jesus. Amice ad quid venisti: Osculo filium hnis tradis. Considera 1mo Quis. Quem. Quomodo, et Quare tradet.

Eundem

Considera 2do. Iudam Apostolum Dni, factum ducem ministrorum dæmonis, et disce quam grauis sit lapsus eorum, qui post magna à Deo accepta beneficia vocationem suam, vel cursum pietatis deserunt. Considera 3tio. Benignitatem Iesu, quâ Iudam conabatur emollire. 1mo prebendo osculum. 2do. vocando amicum. 3tio exponendo turpe factum.

Punctum 2dum. Accepta ea potestate Milites, manus iniecerunt in eum, et tenuerunt eum. Et discipuli relicto eo fugerunt. Considera Quis, et à quibus capitur. Considera. Quomodo. Vbi licebit cogitare, vt quidam meditantur.

Punctum 3tium. Allocuto Iuda, allocutus est et satellites dicens. Quem quæritis? Responderunt. Iesum Nazarenum, non dixerunt te, sed Iesum Nazarenum, qui nec satis eum nouerant. Dixit Iesus. Ego sum. Quo dicto: corruerunt retrorsum. Et cum secundo idem respondisset ait. Si me quæritis: sinite hos abire. Considera 1mo. Potentiam verbi. Ego sum. quod milites in terram prostrauit, quid fiet quando vt Rex veniet, et decretum ore suo contra impios detonabit. Considera 2do. cur ceciderit retrorsum nō in faciem: quia impii non vident, quo cadunt, et quæ illos mala expectant. Considera 3tio. obstinationem Iudæ et horum militum, qui tam aperto diuinitatis signo viso, noluerunt tamen eum vt Deum agnoscere et resipiscere.

Meditatio. 21
De Captiuitate Christi in horto. Ioan. 18.

Preludia Historia.

Punctum 1um. Videntes Apostoli, quia cum milites eum aggrediebantur, dixerunt ei; Domine si percutimus in gladio; nec expectato responso Petrus animatus casu hostium, servo Pontificis Malcho, amputavit auriculam dexteram; quem Christus reprehendit. Mitte gladium in vaginam. An non vis ut bibam calicem &c. Malchumque sanavit. Considera 1mo. Cur Petrus tam temerarius fuit. quia nimirum in oratione obdormivit. Considera 2do. Benignitatem Christi; bonum pro malo reddentis hosti. Cons. 3tio. Studium obedientiae. Maluit perdere vitam quam obedientiam. An non vis &c. Cons. 4to. Obstinatione Malchi, et turbae duplici miraculo nihil motae.

Punctum 2dum. Reprehenso Petro reprehendit et milites, quod venerint cum gladiis et fustibus tanquam ad latronem capiendum, nec palam docentem in templo sint aggressi. Deinde fecit illis potestatem exequendi impia suorum Principum iussa. Considera 1o. quam non coacte sed sponte patiatur Dominus; oblatus est quia ipse voluit. Cons. 2do ignominiam, quod tanquam latro comprehenditur infamis.

Punctum 3tium. Accepta ea potestate milites manus iniecerunt in eum, et tenuerunt eum. Et discipuli relicto eo fugerunt. Cons. Quis et a quibus capitur. Cons. Quomodo, ubi licebit cogitare, ut quidam medi: tantur, quomodo petulanter in eum irruant cum clamore; quomodo in terram prosternitur, ac pedibus pervertitur et proculcatur, quomodo alii capillos, alii barbam vellicant, alii caput, alii brachia caedunt pugnis

qui; alij manus post tergum crasso fune, ut sanguis erumperet, stringant; alij funem vel catenam collo injiciant; alij funibus singulatim ligent: omnes insultent. O miserabile spectaculum! Cons. 3tio. Quomodo totus fuerit debilitatus. Cons. 4to. Quam libenter amanter, manus ultro offerens, ligari tulerit. Cons. 5to. Quare permisit se capi, ligari etc. Ut nos a peccatis, et laqueis daemonis solveret etc. Ad extremum Cons. inertiam et timiditatem Apostolorum, quibus sunt similes illi, qui tempore afflictionis a studio pietatis recedant.

Meditatio XX.

De Adductione Christi ad Annam.

Praeludia Historica. Joan. 18

Punctum 1mum. Ligatus Dominus noster, raptatus est per vallem Josaphat, et torrentem Cedron, adductusque ad Annam primum. Cons. 1mo. Quam indigne per vias invias, ministri illi per sordes lutum, aquam, lapides, trahant illum innocentem: quot iniurijs et verberibus afficiant; ac subinde pro debilitate in terram collapsum, pedibus excitent, ut surgat. Cons. 2do. Quanta resignatione, quanto amore inimicorum haec omnia tulerit Dominus noster, cum ipse coram videret omnia quae in hac valle in extremo iudicio essent gerenda.

Punctum 2dum. Constitutus Dominus Jesus coram Anna interrogatur ab eo, in primis de discipulis, ad quod nihil dixit: deinde de doctrina, ad quod respondit. Interroga eos, qui me audierunt

palam locutus sum. Hæc cum dixisset, Unus mini Stro rum dedit alapam Iesu dicens. Sic respondes Pontifici? Cons. 1mo. Prudentiam Christi qui de discipulis suis ... nihil respondit, ne videretur eos accusare. Cons. 2do Quis, à quo, quomodo, quare percutiatur. Dicunt aliqui armatâ militis manu percussum fuisse, tantâ vi ut vestigia in vultu relinqueret. Aliqui dicunt statim in terram corruisse Aliqui ex ore copiosissimum sanguinem emisisse. O facinus, quod cœlum terra exhorrescunt. Cons. 3tio. Quam modestè, cum desiderio alteram maxillam præbendi tulerit hoc Dominus, et quare? O Pater respice in faciem Christi tui respicite ô Angeli, an hic vultus ille, in quem desideratis prospicere. Poteris et hic facere applicationem sensuum auditûs præcipue.

Meditatio. 23.

De Christi deductione ad Caipham. Joan 18.

Proludia Historica.

Punctum 1um. Ab Anna missus est Iesus noctu ligatus, vultu livido, impressa sacrilegæ alapæ vestigia circumferens ad Caipham Pontificem. Cons. 1mo Ignominiam Xti in hoc secundo itinere, cum per mediam civitatem tumultuose accurrentibus passim ad rei novitatem spectatoribus noctu duceretur. Cons. 2do. Dolorem et defatigationem eius, cum secundo ligatus, vel forte duplicatis vinculis, ligatus ad

ab Anna esset, ne aut euaderet ipse, aut alij eum e manibus ducentium eriperent. Exosculare vincula eius, et considera quam patienter hæc omnia tulerit, offerendo se ad maiora pro nobis.

Punctum 2um. Constitutus Dnus Nr coram Caipha, vbi scribæ et Seniores et Pharisæi conuenerant de morte eius deliberantes, varie, falso, contumeliosequè accusatus est à falsis testibus subordinatis, sed nihil respondit. Disce exemplum inuictæ patientiæ in tolerandis opprobrijs, contumelijs, et quibuscumque iniurijs.

Punctum 3ium. Videns Caiphas Christum ad omnia tacentem. Adiuro te inquit, vt dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei. Et respondente, Ego sum. Caiphas scidit vestimenta dicens. Blasphemauit. Ad quod omnes exclamarunt. Reus est mortis. Consideramo. Christum ad falsa testimonia tacuisse, non ad adiurationem Caiphæ, vt doceret nos, non licere nobis etiam cum vitæ periculo professionem fidei omittere, vbi Dei honor agitur. Consid. 2do. Summam iniuriam Xri, qui ob verissimam responsionem, ille cuius verba vita æterna blasphemus iudicatus. Cons 3tio. Quo doloris sensu iniustam mortis sententiam exceperit Dnus, quanto nihilominus humilitatis, mansuetudinis, amoris excessu, tanquam de manu amantissimi Patris acceptarit, vt nos a morte liberaret. —.

Meditatio. 24.

De toleratis à Christo in domo Caiphæ. Matth. 26.

Prælud. à Historia.

Punctum 1um. Postquam Dñus Nr̃ tanquam blasphemus, et reus mortis à concilio est proclamatus, quinque insignibus contumelijs illa nocte à ministris fuit affectus. 1ma exspuerunt in faciem eius divinam, Seraphinis venerabilem. Res ipso cogitatu horribilis. 2da. Velauerant oculos eius, et licentius illuserant. 3tia. Percusserunt certatim, impetuq maximo faciem eius colaphis, alapis, palmis, et quidam opinantur crepidis, bacellis. 4ta verbis irrisorijs eidem insultavrunt prophetisa Christe, quis est, qui te percussit. Et alia multa blasphemantes in eum dicebant. 5ta. Comam ad barbam nō sine sanguinis effusione vellicarunt: iuxta illud Isaiæ. Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus. Considera, quis sit omnia tot ac tanta opprobria ac tormenta. A quibus vilissimis, improbissimis. Quo modo, quā tranquillitate interna et externa, humilitate, patientia, amore, zelo, et quare. desiderans peccata nr̃a et contumeliam per illa divinæ Maiestati illatam resarcire patiatur. Compassio. Gratitudo. Zelus imitandi in illatis iniurijs.

Punctum 2um. Considera quantis alterea iniurijs tota reliqua nocte usq ad mane, absq ulla cessatione

cessatione bonas IESVS sit exagitatus et afflictus. Super hoc autem omnia plurimum illum afflixit trina Petri negatio, quem caput Ecclesiæ designarat qui ante se ad mortem secum subeundam offerebat. O quanta abyssus humanæ fragilitatis! at quanto maior Divinæ beni- gnitatis, errantem discipulum benignè respicientis, il- luminantis et emollientis. Compunctiô. Fiducia.

Petri Negatio

Meditatio. 25.

De dolore B. V. Matris, ex audita Fi- lij captiuitate.

Prælúdia Historia.

Punctum 1um. Credibile est, quod B. Ioannes, fuga elapsus, statim B. Virgini vna cum alijs pijs mulieribus in cænaculo Sion existenti, nuntiauerit dilectum Filium suum IEsum, à Iuda osculo traditum, à discipulis deser- tum in hostium manus deuenisse, captiuumque in Vrbem ductum esse. Considera, quam magnum dolorem et com- passionem ex hoc nuntio Bma Mater senserit. 1mo. ob multitudinem tormentorum, quæ ipsi exantlanda prævidebat. 2do ob grauitatem singulorum, quæ firmissime apprehendebat. 3tio ob intensissimum amo- rem, quo eum diligebat. 4to ob eius innocentiam, quam clarissime agnoscebat. Annon et tu si hæc omnia profundius expenderes, mentis in pias lachrymas resol- ui deberes?

Punctum 2um. Considera 1mo. Quomodo

tota nocte in lachrymis et compassionis affectibus ciendis perseueraverit B. Mater, ruminans quæ de Filij Passione in lege et Prophetis præfigurata erant. Cons. 2do. Quomodo nihilominus resignantissimè et Filium suum in manus diuini beneplaciti offerebat idq zelo honoris æterni Patris et humanæ salutis. Insuper suas socias confortabat, atq ad similem resignationem animabat. Regratio.

Meditatio. 26.

De missione Christi ad Pilatum.

Prælucdia historica. Luc. 23.

Punctum 1um. Mane facto conuenerunt iterum Principes, sacerdotes, et seniores populi, et adduci fecerunt Jesum in concilium suum, iterum ab eo quærentes, an ipse esset Christus. Cum autem dixisset: Ego sum; exclamarunt: quid adhuc desideramus testimonium. Et vincientes eum, duxerunt eum ad Pilatum præsidem iudicandum, et condemnandum. Expende quâ animi demissione, quâ commiseratione, quâ modestiâ, Filius Dei, Judex viuorum et mortuorum sinit se ignominiosè trahi per plateas, quas toties pertransierat, benefaciendo et sanando, ad Tribunal gentilis, à quo sciebat se iniustè voluntati suorum hostium tradendum, ne nos dæmoni traderemur, æternum cruciandi. Expende 2do. Ingenium malignantium, mane conueniunt de-

nece

nece Dni consultaturi. Compassio. Modestia
in iniurijs.

Punctum 2um. Videns Iudas Christum
gentibus traditum, poenitentia ductus, retulit tri-
ginta argenteos dicens. Peccavi tradens sanguinem
iustum, et abiens laqueo se suspendit, et diffusa
sunt viscera eius. Argenteos vero nolentes, tanquam
pretium sanguinis Sacerdotes mittere in carbonam,
emerunt pro ipsis agrum in sepulturam peregrinorum.
Expende 1mo. Infructuosam poenitentiam Iudae,
quia verum dolorem, et spem firmam non habuit.
Expende 2do. daemonis astum, qui plerumque initio
ante peccatum, obcaecat oculos peccatoris, ne tur-
pitudinem peccati videat, post vero ita enormitatem
exaggerat, ut desperet. Expende 3tio. Considera
malae gravem carnificinam, quae nullibi quietem
invenire potest. Expen. 4to. Quam male perire
soleant fures, sacrilegi, proprietarij, apostatae. Ex-
pen. 5to. Suspensi Iudae viscera diffusa, vel
quia viscera charitatis non habuit, vel quia in-
digne Corpus Xri in se recepit. Expende 6to.
praeposteram horum Sacerdotum religionem, qui
carbonam pretio sanguinis verebantur inficere,
et non verebantur animas suas sanguine Xri
polluere. Expen. 7mo. Amorem Christi erga
pauperes, qui pretium sanguinis sui, voluit cedere

in usum et sepulturam ipsorum.

Meditatio. 27.

De Accusatione et examinatione Christi apud Pilatum. Luc. 23

Præludia Historica.

Punctum 1um. Constitutus Dnus coram Pilato, de tribus accusatus fuit. Quia subverteret gentem. 2do. Quia prohibet tributa dare Cæsari. 3tio quia se Regem facit. Cons. 1mo. iniquitatem accusatorum impudenter coram Magistratu suo Dnum nrum mentientium, planum enim erat Christum præcepisse, et senioribus obedire et tributa Cæsari reddere et fugisse, dum eum vellent facere Regem. Cons. 2do. Patientiam Jesu non se defendentis, et stude, si quando minus veraciter contra te dicetur, Magistrum tuum imitari.

Punctum 2um. Has accusationes audiens Pilatus, relictis duabus prioribus aperte falsissimis, de tertia, an Rex sit Judæorum, Jesum examinat, cui respondit se Regem esse, sed regnum suum non de hoc mundo. Tum Pilatus. Ergo Rex es tu. Respondit Jesus. tu dicis, quia Rex sum. Ego ad hoc natus sum ut testimonium perhibeam veritati citra vestrum examen. Cons. 1mo Humanitatem Pilati, qui multo mitius egit cum Jesu, quam Judæi. Cons. 2do. Christum nõ negasse

se regnum suum esse in hoc mundo, sed de hoc mun-
do, quia utique regnat in nobis in Ecclesia, sed
paupertate, humilitate, mortificatione etc. non uti
Reges mundi satellitibus pompis. Considera, 2do.
Christum fuisse veritatis doctorem, defensorem. Con. 4to.
Christi libertatem et authoritatem, qui vinctus, inter tot
opprobria, veritatem non deseruit.

Punctum 3tium. Auditis a Christo prudentibus
responsis Christi Pilatus dixit. Nihil invenio causae
in hoc homine. Judaei timentes, ne eum dimitteret, ite-
rum accusabant eum in multis. Jesus autem tace-
bat, ita ut miraretur Pilatus vehementer. In hoc
puncto considera altissimum et admirandum Domini
silentium in tot falsis calumnijs, quod et ipse Pi-
latus, tanquam rem invisam et inauditam est ad-
miratus. Utinam et nos ad imitationem nostri Jesu
simus admirationi alijs propter patientiam.

Meditatio 28

De missione Christi ad Herodem, et illusione. Lucae 23.

Praeludia historica.

Punctum 1um. Cum astarent Judaei accusa-
tores Christum commovisse plebem a Galilaea; Pila-
tus audiens illum Galilaeum esse, amandavit illum,
accusatoresque eius ad Herodem Regem, qui eo conspecto
gavisus est valde. Cons. 1mo. Quomodo inno-
centissimus Dominus quarto iam magna cum ignomi-

nia tanquam maleficus per mediam urbem rapta-
tur vinctus, non tam funibus et catenis, quam funiculis
charitatis. Cons. 2do. Herodi nihil profuisse, quod
conspecto Christo gavisus esset, quia id non ex san-
ctitate et pietate fecit, sed ex curiositate. Et
tibi nihil proderit, si libenter audis concionem,
aut legas sed ex curiositate audis.

Punctum 2um. Interrogabat autem illum He-
rodes multis sermonibus, at ipse nihil respondebat.
Si milites et Sacerdotes in multis accusabant eum, at
ipse tacebat. Cons. 1mo Christum Herodi non respon-
disse 1o in detestationem vanae ejus curiositatis
2o in detestationem eius astutae malitiae. Hinc ani-
ae vulpem illum appellare. 3tio in exemplum nostrum
ut inter inimicos disceremus tacere. 4to ne Mortis
et Passionis desiderium aliquo modo impediret.
Cons. 2do. Christum ad accusationes varias tacuisse,
ut doceret nos in patientia possidere animas.

Punctum 3um. Videns Herodes Christum
ad omnia interrogata sua, et obiectiones Sacerdotum
omnino tacere, sprevit illum cum exercitu suo, et il-
lusit indutum veste alba. Cons. 1mo. Ut increata
Sapientia ab astutissimis hominibus permittit se
stultum blasphemari vocari, sed insuper ceu stul-
tum illudi et subsannari, idque ex gratuito amore
erga nos, ut superbiam nostram sic expiaret, et no-

nos veram sapientiam doceret. Cons 3tio. Quis, à quibus, quare quomodo, u. disce. A. Christus fatui habitum nō detrectavit, nomen stulti nō recusaret.

Meditatio. 29.

De reductione Christi ad Pilatum, et Barabbâ postposito.

Prœludia ut sup. Historia.

Punctum 1um. Irrisum instar fatui IEsum, remisit Herodes ad Pilatum. Et factus est eius amicus, cum antea esset inimicus. Considera qm ignominiosè ex conspectu Herodis, abstractus sit Dominus nr, quantis ludibrijs à tanto numero militum, singulis novam illudendi rationem excogitantibus, exceptus, ac velut stultus albâ veste indutus. Cogita quanto risu à comitantibus per plateas, quot clamoribus, quot sordibus petitus, nec en stultialiter tractari solent. Cogita quanto rubore ante Pilatum, in novo illo habitu comparuit quomodo iterum ab eius officialibus et servis illusus et irrisus. Cons 2do. Illusionem Christi occasionem dedisse amicitiæ inter Pilatum et Herodem, quia nimirum Christus per Passionem suam Judæos et gentes verâ charitate coniunxit.

Punctum 2um. Videns Pilatus innocentiam IEsus, cupiens eum liberare, dixit Judæis. Nullam in eo invenio causam mortis, sed nec Herodes.

Tum iuxta consuetudinem festi proposuit ipsis, quem vellent ex duobus dimitti, Barabbam an Iesum, ad quod ipsi exclamarunt non hunc sed Barabbam. Cons. 1um. Innocentiam Iesu qui ad multa tribunalia ductus in nullo inventus est quod mortem aut vincula mereri. Cons. 2do. Extremam Xri abiectionem, qui infami nebuloni comparatus, ipsi indignior ipsi est postpositus. Cons. 3tio. Iudaeorum caecitatem, qui lupum agno sceleratum iusto et innocenti praetulerunt. Cons. 4to. Iudaeorum malitiam, qui dominum proprio nomine ex odio non appellarunt sed hunc. Cons. 5to. Te Barrabam Christo praeponere, cum iudicium tuum suspiciorum iudicio praeponis, vel cum creaturam creatori. Peccatum Deo.

Punctum 2um. Obstupuit Pilatus, cum audisset Barabban electam et dixit. Quid igitur faciam de Iesu dicunt omnes. Crucifige. Crucifige eum. Cons. Pusillanimitatem, et stultitiam Pilati, qui a turbulento populo ab hostibus petit consilium quid facere debeat cum Iesu. Talibus tricis se solent involvere qui non quaerunt pure gloriam Dei, et salutem animae, sed favores humanos.

Meditatio. 30

De Flagellatione Christi. Ioan. 19.

Praeludia historica.

Punctum 1um. Videns Pilatus pertinaciam

naciam, turbã, intendendo ut Christus crucifigeretur ap-
prehendit eum itaq; et congregata tota cohorte flagellavit.
Cons. 1mo. Quomodo Christus Dnus à brutissimis hominibus
arripitur, S. Brigitta habuit in revelatione percussum fu-
isse à milite ad collum pugno gravissime. Deinde vestibus
inconsutilibus coram multitudine tota exuitur et denu-
datur, postea ad columnam lapideam funibus strictissime
alligatur, ad extremum crudelissime ceditur. In denuda-
tione expende ruborem Christi: in alligatione ignomini-
am: in cæsione dolorem intensissimum et acutissimum,
quem ex his circumstantijs colligere potes. 1mo. ex Instru-
mentis, quæ 3plicia fuerant. 1mo. virgæ spinosæ. 2do.
scuticæ è loris. 3tio catenulæ ferreæ. 2do. ex tortoribus,
quorum aliqui dicunt quatuor fuisse, aliqui totam le-
gionem, id est 666. qui omnes tum ex propria consti-
tutione erant crudeles, tum ex mandato Præsidis tu[m]
ex corruptione Iudæorum, tum ex instigatione dæmonis
3tio ex vulneribus inflictis, quorum aliqui dicunt, plus
quam quinque millia fuisse. S. Gertrudis ait fuisse
5466. Et hæc vulnera aliqua fuerant profundissima
usq; ad costas, et ut interiora paterent, quando ex tem-
peramento ipsius corporis Christi, qd erat tenerrimum,
ac propterea sensuum dolori maxime obnoxia. Ut aut[em]
ex dictis magis inflammeris. Considera postea. Quis
ita flagellatur. Quare. Quomodo, tulit tam horrendam
flagellationem.

Punctum 2um. Considera Chrum, cum à
columna solveretur, præ debilitate stare nõ potuisse, sed

in terram prolapsum. Aspice eum in pavimento reptan-
tem, ut veste se cooperiat. Vide quoque in angulo aliquo la-
tentem B. V. et cum gemitu singula ista prospectantem. A-
spice sanguinem ubertim per terram defluentem, eique se-
sus tuos internos applica. Cogita eum sic te alloquentem:
Fili tanta passus sum amore tui. Expende quam parum re-
spondeas huic meo amori; qui me quotidie novis pecca-
tis flagellare non desistis.

Meditatio. 31.

De Coronatione Christi. Matt 27.

Praeludia Historica.

Punctum 1um. Vix mitissimus Jesus a columna solutus, in proprio natans cruore, vestes resumpserat, cum ecce Carnifices, novam probrosam simul et dolorosam aggrediuntur in eum exercere carnificam. Nam convocata tota cohorte. 1mo Exuunt eum, vestesque carni adglutinatas extrahunt. 2do chlamidem coccineam circumdant ei. 3tio. Plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius. 4to dant arundinem in dexteram eius. Cons. 1mo. non sine verecundia ignominiam corpus iterum nudari. Cons. 2do. Ingentem dolorem ex vestium detractione, qua omnia vulnera renovabantur. Cons. 3tio. Ignominiam quod purpura tanquam affectato regni per ludibrium induitur. Cons. 4to. Dolorem acerbissimum dum aculeata corona in benedictum caput adigitur, videas exire aculeos in longitudinem digiti ex fronte, ex temporibus, magnaque vi penetrare cranium, o acerbitas! Cons. 5to

dum sceptro arundineo, tanquam insanus et inanis Rex exornatur. Cons. insuper quanta patientia, vere-cundia, modestia, hæc omnia Dnus nr tolleravit, ut nram superbiam reprimeret, et coronam nobis regni cælestis compararet.

Punctum 2um. Ita exornatam Regem Nrum credibile est eum expulisse, quo fabulam suam commodius peragerent. 1mo itaq. veniebant ad eum, tanquam Ministri mandata acceptari. 2do. genu flexo per ludibria adorabant eum. 3tio illudebant ei modis quos neguitia suggerebat. 4to salutant Ave Rex Judæorum. 5to. Conspuebant eum. 6to percutiebant caput arundine et spinas altius infligebant. 7mo dabant ei alapas, ut quidam meditantur armata manu adversus spinas. Fuit ibi illusio diurna, similis illi nocturnæ apud Caiphsam, nisi quod ibi oculos velarint Judæi, hic gentiles patente vultu vexarint. Cons. quanto cum rubore, dolore, patientia, charitate, commiseratione desiderio tolleravit hæc Dominus, et quare.

Meditatio. 32.
De productione Christi ad plebem Ecce Homo. Joan. 19.

Præludia Historia.

Punctum 1um. Sic flagellatum, coronatum, et purpura semitectum, totum lividum, lividum, sputis horridum, cruentumq. produxit foras Pilatus, innocentem iterum pronuntiatum Jesum, populoq. eum ostentat, ut hoc saltem

tristi spectaculo efferatos, eorum animos mitigaret. Cons. 1mo. mirabile hoc spectaculum. conjice diligentius oculos tuos in Iesum plenum vibicibus, vulneribus, diffluentem sanguine, cruore, sanie deformatum. Cons. 2do. Quo rubore, dolore, quanta animi demissione, coram tanta populi multitudine, in ignominiosa illa veste seminudus constiterit Iesus.

Punctum 2um. Cum Christus in miseranda illa figura coram populo comparuisset, dicit eis Pilatus extento digito, et diducta purpura. Ecce Homo, quasi diceret, ecce quem vos dicitis se facere Filium Dei, quem dicitis affectatorem Regni; videte quod nullum sit in eo signum divinitatis, et regiæ Maiestatis. Cons. quam prompto et cupido salutis nræ animo, impendat se non tantum ad illam ignominiã, sed et mortem Dnus Nr, ut jugiter videatur in aurem cordis cuiuslibet nostrum insusurrare. Ecce homo qui veni te languidum sanguine meo sanare. Ecce homo, qui cum Deus essem, factus sum homo, ut tu fieres consors divinæ naturæ. Ecce homo, qui me amore tui tam dire tractare permisi. Ecce homo, qui de cœlo veni, ductere te ad cœlis viam. Ecce homo, quẽ tibi Pater æternus donat, imò qui meipsum tibi in Redemptorem. Quis hoc audiens ad eum amandũ imitandumq nõ accendatur?

3 Punctum 3um. Ad hæc Pilati verba Pontifices

tifices et ministri clamabant. Crucifige, Crucifige eum.
quibus Pilatus respondit. Accipite vos eum, et Crucifigite.
Tum illi: Secundum legem debet mori, quia Filium Dei
se facit. Cons. quam dire implacabilis Iudaeorum
rabies et clamor transfixerit Misericordissimi cor Sal-
uatoris. Ah quoties Christo hodie non tam ore, quam
corde et facto ipso Crucifige eum acclamatur, dum pec-
cato mortali offenditur. Compassio. Horror peccati.

Meditatio. 33.

De Christi Condemnatione. Joan 19.

Proludia historica

Punctum 1um. Videntes Judaei, quia Pilatus
in Christi liberationem propenderet, dixerunt minitan-
do, si hunc dimittis, non es amicus Caesaris, quod Pi-
latus audiens, extimuit. O quoties homo toties imi-
tatur Pilatum, cum propter momentaneam hominis gra-
tiam, non timet aeternam Dei offensam incurrere, impi-
as insanientis mundi leges servat et sanctissima
divini iuris decreta violat. Contemptus mundani fa-
voris, et fuga humani respectus.

Punctum 2um. Videns Pilatus quod
nihil proficeret, quamvis monitus ab uxore per somnum,
lavit manus dicens, innocens ego sum a sanguine hu-
ius iusti vos videritis. Ad quod populus respondit.
Sanguis eius super nos et super filios nostros. Licet
Cons. 1ma. Quia daemon videns Christi in tot iniu-
riis patientiam, suspicari coeperit ipsum esse Filium

Dei qui regnum eius esset destructurus, ideoque uxorem Pilati conterruit, ut mortem eius impediret. Aliqui dicunt fuisse bonum Angelum. Cons. 2do. Iudaeis nos fieri similes, quando nullis rationibus acquiescimus; Pilato autem, quando in gratiam aliorum, con conscientiam aliquid facimus. Cons. 3tio. Pseudopoliticam Pilati, qui externa caeremonia internam peccati labem vult abluere non lachrymis. Cons. 4to. Insaniam Iudaeorum non negant Iesum esse iustum, sed ut timido iudici animum addant, se et posteros gravissimis malis, quae tunc ignorabant, adstringunt. Tu sanguinem Iesu in ablutionem tui recipe.

Punctum 3um. Pilatus igitur volens satisfacere populo, adiudicavit fieri petitionem illorum, et dimisso Baraba tradidit Iesum voluntati eorum, ut crucifigeretur. Cons. 1mo. Quam humiliter mitis Iesus, funestam sententiam non secus, ac si de omnibus obiectis convictus esset, acceptavit. Cons. 2do. Quomodo lata sententia satellites irruerint in Iesum, et omni iniuriarum genere obruerint. Cons. 3tio. Quomodo exultaverint gaudio Pontifices, Scribae, Seniores, populus, sola maestissima Mater, cum illi per discipulos nuntiatum est tota in lacrymas resoluta. Cons. 4to. Quomodo ipse Dei Filius, hoc iniquissimum iudicium, tanquam sanctissimum aeterni Patris decretum exceperit, ut nos damnatos filios irae gehennae aeterno maledicto liberaret. Compassio. Gratitudo, Amor, Zelus.

Meditatio 34.

De Crucis baiulatione. Joan 19.

Præludia historia.

Punctum 1um. Prolatâ mortis in authorem vitæ Jesum sententiâ, tria milites notatu digna fecerunt. 1um Exuerunt eum chlamydem. 2dum induerunt eum vestimentis eius. 3um Crucem cui suffigendus erat humeris eius imposuerunt. Cons 1mo. quantum dolorem patiatur Dnus, dum ridicula chlamyde, iam vulneribus tenaciter adhærente exuitur. Cons 2do. Quanto rubore suffusus fuerit dum nudus rursum ab omnibus deridendus prostituitur, vestibusq propriis, ut hi agnosceretur, induitur. Cons 3tio. Quam grave onus senserit, dum crux quindecem longa pedes, et octo lata, membris omnibus iam fatigato imponitur. omnibus supplicio afficiendis instrumenta abscondi solent, Christo gestanda imponunt. Cons 4to. Quanta nihilominus alacritate, Salvator noster, regale hoc crucis sceptrum amplexatus fuerit, quanta mentis exultatione delinuatus sine dubio, multo maiore quam olim S. Andreas. Amor Crucis, Resignatio.

Punctum 2um Cruce sua humeris imposita educitur ex Urbe longissima via, in montem Calvariæ Dnus, inter duos nequam latrones. Cons 1mo. et quasi præsens accipe quomodo tanto pondere onustus procedat Dnus, oculis languidis, facie tota, sputis sanguine plena, capite corona redimito,

trepidantibus genibus, corpore toto vacillante. Con*s*iderando. Contumeliam, qua author o[mn]i[u]s innocentiae, et Rex gloriae cum latronibus ducitur. Cons. 3tio. Quam prompto nihilominus hilariq[ue] animo hoc sacrum onus baiulat, intuens non Iudaeorum et carnificum crudelitatem, sed Patris aeterni decretum. Quam pios amoris et miserationis affectus erga electos eliciat. Quomodo sibi gratuletur iam instare horam, qua peccata per crucem expiabit. Compassio, Gratitudo. Zelus.

Punctum 2um. In hoc itinere (ut pie creditur) occurrit ei B[eatissi]ma Virgo, et aliae mulieres, quas D[omi]nus intuens dixit. Filiae Ierusalem nolite flere super me, sed super vos et super Filios vestros. Cons. 1mo. Quanto doloris gladio saucia fuerit B. Mater, cernens dilectissimum suum ac dilaniatum, cruce onustum, ad mortem raptari. Doloris magnitudo ex aestimari, quia in eum fere batur amore. 1 Tanquam in D[eu]m. 2. Tanquam in Benefactorem suum. 3. Tanquam in Filium suum unicum. Cons. 2o. Quantum ipse conceperit dolorem hauserit piissimus Iesus, respiciens compassionis gladio sic transfixam, primogenitam aeterni Patris filiam, benefactricem et Matrem suam maximam, carissimam, sanctissimam. Compassio. Contritio.

Meditatio. 35.
De Crucifixione in Monte Caluariae. Ioan. 19.

Praeludia Historia.

Punct. 1.

Punctum 1um. Videntes carnifices anhelum Jesum vix respirantem et saepius sub onere in terram prolabentem, compellebant eum calcibus et fustibus progredi, sed cum eum ulterius propelli non posset, occurrit ei Veronica et vultum ex sanguine sudario extersit, carnifices vero timentes, ne in itinere moreretur, coegerunt quendam Simonem Cyrenaeum ferre crucem post eum. Cons 1mo. magnam debilitatem et defatigationem Jesu, totum exsanguem etc. Cons 2do. Tyrannidem carnificum, qui Dnum propellebant et sanguinem terrae mixtum conculcabant. Cons 3tio. Pietatem Veronicae, et ad imitationem eius sanguinem Jesu corde tuo excipe. Cons 4to. Simonem non sponte sed coacte crucem tulisse, ut discas in ferenda cruce requiri, ut vis inferatur naturae reluctanti. — Veronica

Punctum 2um. Cum ventum esset ad montem Calvariae advertentes lictores Jesum viribus defici, dederunt ei myrrhatum vinum felle mixtum, postea eum, quarta iam vice, vestibus quae cruento adhaeserant corpori, denudarunt, coronam ex capite deposuerunt iterumque reposuerunt et omnia paene vulnera renovarunt. Cons 1mo. amaritudinem, quam ex gustu in felle sensit Dominus, ut intemperantiam nostram elueret. Cons 2do. immanitatem tortorum, qui aliis supplicio afficiendis de more bonum vinum dabant, Dno nro autem afflictissimo cum felle mixtum. Cons 3tio. Plurimos etiam nunc vinum felle mixtum Christo propinare qui bonis operibus pravas intentiones admiscent. Cons 4to. maximum dolorem et ignominiam Jesu, dum

vestibus carni adhærentibus spoliaretur.

Punctum 4tum. Scil. denudatum et excoriatum Jesum, deijciunt impetuose carnifices in iacentem humi crucem, manus pedesq. extendunt et diducunt, clavis dolatis, 1mo dexteram, deinde sinistram manum, postea pedem utrumq. vel unico maiori, vel duplici clavo perfossum affigunt; demum in altum inter duos latrones erigunt, et in effossum scrobem demittunt. Cons. 1mo. quam ardentes affectus amoris, resignationis, zeli salutis humanæ elicuerit Dnus, dum supinus elevatis in cœlum oculis, supra durum crucis lectum, seu altare mox immolandus iaceret. Cons. 2do. quam acerbum dolorem Dnus habuerit, dum manus eius et pedes, loca plena venis et nervis perfoderentur. Cons. 3tio. quam auxerit hunc dolorem violenta extensio brachiorum pedumq. ut responderent foraminibus: unde credibile est, quia vulnera laxabantur, venæ rumpebantur, et ossa è suis sedibus dimovebantur. Cons. 4to. Ignominiam, quia inter duos latrones tanquam sceleratissimus. In meridie, ut omnes viderent. In die solenni Paschæ, quo plurimi Hierosolymam confluebant, crucifigitur. Cons. 5to. novum dolorem, quo sanctissimum corpus conquassum convulsumq. fuit, dum crux in effossam foveam demitteretur. Cons. 6to. Cur hoc genus mortis elegerit? quia nimirum nullum fuit acerbius, diuturnius, ignominiosius, et ad salutem parandam accommodatius. Cons. insuper, quam mansuete, resignate, hilariter, cum desiderio plura patiendi, hanc acerbam compagum convulsionem vulnerum renovationem

renouationem et ampliationem talent Dominus.

Meditatio 36.

De iniurijs à Christo in Cruce tolerat.

Præludia Historica.

Punctum 1um. Pendet Dnus duos inter latrones medius, velut eorum princeps, solus titulus eum discriminabat, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum, quem hostes eius, renitente Pilato volebant emendare. Cons 1mo verbum primum tituli IESVS, quod Saluatorem significat, venit enim ad saluandum et liberandum mundum à peccatis eius. Cons 2do. Verbum Nazarenus, quod significat floridu, in hac enim arbore crucis, produxit Dnus, excellentissimos flores paupertatis, patientiæ, obedientiæ et aliarum virtutum. Cons 3tio. Verbum Rex, quo significatur Regnum eius nõ temporale sed cæleste et æternum. Cons 4to. Verbum Iudæorum [quibus sunt similes, qui famam proximo inuident.] quo significatur eum regnare super omnes, qui significationem habent eius nominis per fidei confessionem. Cons 5to. maleuolentiam Iudæorum, quibus sunt similes, qui famam proximo inuident. Cons 6to. Prouidentiam Dei, qui hominem gentilem fecit prophetisare.

Punctum 2um. Sub oculis eius de cruce spectantis ad maius ludibrium, milites partiuntur inter se vestimenta eius in quatuor partes, easque et tunicam inconsutilem subijciunt sortibus. Cons 1mo. exemplum exactissimæ paupertatis Christi, qui non contentus nudus in cruce pendere,

etiam vestes, quod erat tota eius facultas, in alios
idque hostes suos transtulit. Cons. 2do. immensam
liberalitatem Christi qui cum dedisset corpus su-
um et sanguinem, hominibus dedit in super et vestes
in quatuor partes divisas, ad significandum, quod
ex omnibus quatuor orbis partibus ad ipsum ve-
nientes, possunt habere indumentum gratiæ.
Cons. 3tio. Tunicam internam inconsutilem Dni
obtigisse: quia virtus interior, et devotio spiritus
uni soli, hoc est paucis contingit.

Punctum 2dum Ad 3tio illudebant
ei 1mo Plebei prætereuntes ante Crucem, mouen-
tes capita, alijsque gestibus insultantes potentiæ
eius, et dicentes. Vah quid destruis templum
Dei: 2do sacerdotes cum scribis et senioribus
deridentes eius sanctitatem, confidentiam, et di-
gnitatem Filij Dei: Confidit in Deo: liberet eum
nunc si vult: dixit enim, quia Filius Dei sum.
Item miraculorum patrationem et Sanctitatem. Alios
saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. 3tio
milites cavillantes eius spirituale regnum, et
dicentes. Si tu es Rex Judæorum, saluum te
fac. 4to Latrones cum eo crucifixi, teste S. Mat-
thæo, eidem improperabant et conuiciabantur
In his omnibus Cons. 1mo. Quanto cum fastu, asper-
itate, contemptu, insultatione, Sdr improperia vilis-
simi Sathanæ ministri, Filio Dei ingerebant. Cons.
2do. Quanta æquanimitate, humilitate, resigna-
tione

tione has omnes iniurias excepit Dnus. Cons. 3ᵗⁱᵘˢ.
Quantam poenam sustinuerit Bma Virgo blasphe-
mias illas audiens, quae in Filium suum dicebantur.

Meditatio 37.

De Virtutibus in Cruce Xri relucentibus.

Praeludium 1um. Siste te viva fide coram Christo in cruce pendente.

Praeludium 2um. Pete gratiam ut possis eius virtutes in Cruce relucentes cognoscere.

Punctum 1um. Considera quam variae et eximiae virtutes in Christo in Cruce pendente resplendeant, quarum 10 praecipuae. Humilitas quâ semetipsum ad infamem mortis crucem verus Deus et homo demisit. Paupertas cum suae vestibus nudus vestitor syderum pependit. Patientia, quâ acerbissimos dolores, quibus nervi distendebantur, sustinuit. Mansuetudo, quâ tanquam Agnus coram tondente se obmutuit. Obedientia quâ imperio Dei Patris se totalissime subiecit. Despicientia sui maxima, quâ in loco infimo inter latrones affigi voluit. Contemptus mundi summas quas summas irrisiones in spinea corona insultationes sustinuit. Resignatio, quâ se totalissime in manus Dei Patris reponebat. Amor Dei, quem hac suâ crucifixione quam maxime augeri sentiebat. His expensis elice affectus Gratitudinis, Compassionis, Zeli imitationis.

Punctum 2um. Considera quam pure, quam sincere intense quam serio, quam prompte, quam constanter quam insatiabiliter, quam perfecte earundem virtutum internos et externos actus, Dnus noster in eadem cruce elicuerit quantam nobis promeruerit gratiam, se in his imitandi. Affectus superiores.

Meditatio 38.

De Perfectionibus divinis in Cruce relucentibus.

Praeludia ut supra.

Punctum 1um. Considera quam eximiae divinae perfectiones in Sancta Cruce reluceant, nimirum Potentia, quia ex nihilo Adae peccati et posteriorum eius tantum bonum elicuit. Sapientia quia per lignum crucis hominem per lignum corruptum reparavit, Deum homini offensum per hominem Deum reconciliavit. Bonitas, quia excellentissimo modo hoc opus perfecit. Misericordia, quia tali remedio a multiplicibus aeternis damnis nos eripuit. Iustitia, quia vel unicum Adae peccatum tanta cruciatuum perpessione voluit expiare. Veritas quia tot figuras, tot prophetias, Passionem Christi praesignantes implevit. Liberalitas quia tot tantisque satisfactionibus, quarum singulae infiniti erant valoris, ad mille etiam mundos copiose, et supra rigorem iustitiae, redimendos voluerit consumare. Caritas quia haec omnia inimicis suis ex gratuito amore

re praestitit. Ac si expertus admirare, gratias age, exalta.

Punctum 2um. Considera quare Deus tali modo voluerit has suas perfectiones in Cruce nobis nobis ob oculos ponere, nimirum ut eas veluti finem et omne bonum nostrum sci per lumen fidei evidentius agnosceremus, avidius expeteremus, ferventius amaremus et omni obsequiorum genere perfectius glorificaremus in terris, postea clarius videremus in coelis, et si haec saepius et serius perpenderemus, quanta antidota contra omnia mala superanda experiremur, quanta incitamenta ad omnia bona sentiremus. Amor, zelus attributa haec propallandi.

Meditatio. 39.

De primo et secundo Verbo, a Christo in Cruce prolato. Lucae 23.

Praeludia historica.

Punctum 1um. Inter tam miros corporis dolores, inter tam horrendas tot sibi insultantium blasphemias, immemor tot iniuriarum Dnus, supplicabundus ex charitate, exclamavit ad Patrem. Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt. Cons 1mo. Non dixisse Deus, sed Pater, ut hac benevola appellatione magis ipsum obstringeret, ad exaudiendum et dimittendum eius inimicis. Cons 2do. Verbum dimitte illis. Non exprimit, hanc iniuriam dimitte,

quâ ne afficiant, sed universim illis dimitti petit, oia peccata nullo excepto. Cons 3tiô Ultima verba. Quia nesciunt quid faciunt. Quibus excusat inimicos suos et defendit, in ignorantiam licet crassam oia conjiciendo. Ô quanta abyssus misericordiæ Salvatoris nri, nō maledicentis irrisoribus suis, instar Nohe et Elisæi, nec vindictam cum Elia postulantis, sed veniam petentis, excusantis. Dilectiô inimicorum. Zelus animarum.

Punctum 2dum. Tunc etiam latroni pœnitenti coarguerat, ac petierat: Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum, compromisit. Hodie mecum eris in Paradiso. Cons 1mo. Confessionem et fidem Orationis huius latronis, qui Christum moriturum vocat Dnum et Regem. Cons 2do. Eius spem et vitæ contemptum, qui nō petit hic liberari de Cruce, sed ut post mortem huius ... salvari possit. Cons 3tiô. Liberalitatem et misericordiam Xri, qui petenti ut sui recordaretur, cum attestatione securum fecit quod eodem ipso die sit futurus secum in paradiso. Ô inscrutabilis altitudo occultorum iudiciorum Dei, unum assumentis, alterum relinquentis! Nota quod e duobus latronibus secum crucifixis, unum salvavit ut nemo desperet imminente morte. alterum verò nō salvavit, ut nemo præsumens de misericordia, ad finem vitæ pœnitentiam differat. Timor et Veneratio iudiciorum Dei.

Meditatio. 40.

De 3tiô.

De tertio et quarto Verbo in Cruce. Joan. 19.

Praeludia historia.

Punctum 1um. Neque Matrem stantem iuxta Crucem, et discipulum Joannem praeterijt, qui illum Matri in filium, et ipsam discipulo in Matrem commendaret, dicens; Mulier ecce filius tuus. Et discipulo. Ecce Mater tua. Cons. 1mo. B. Mariam Matrem stetisse sub Cruce, tum quod caeteris esset feruentior: tum si quid posset solatij, vel obsequij praestare: tum quia parata erat et ipsa per Crucem mori. Cons. 2do. JESUM Matrem suam vocare Mulierem ut doceret Religiosos, qui per obedientiam crucifixi sunt, obliuisci in terra Patris et Matris. Cons. 3tio. sub Joannis nomine, omnes nos tanquam filios commendatos B.mae Virgini, ut ipsam tanquam Matrem coleremus, et in necessitatibus ad eam confugeremus. Similiter in Joanne eandem in Patronam, Aduocatam, Matremque fidelissimam nobis omnibus assignatam. Cons. 4to. Quo compassionis et amoris affectu talis filius talem Matrem commendarit: quo similiter dolore et amore talis mater, hanc filij sui de se curam audierit. Compassio. Amor peculiaris JESU et Mariae.

Punctum 2um. Postquam Dnus Matrem Joanni commendarit, a sexta hora tenebrae factae sunt, super universam terram, usque ad nonam horam. Circa nonam exclamauit voce magna Dnus. Eli, Eli, lamma

Sabatstani: hoc fuit quartum verbum, quod Dnus in Cruce protulit. Cons 1mo. tenebras illas prodigiosas sub plenilunio euenisse: vel ut hoc luctu pateferet innocentia Christi, quam creaturæ protestabantur: vel ut ostenderetur atrocitas delicti ingratissimi populi, in dignis quibus sol materialis luceret. vel ut motus et strepitus turbæ cessaret, et sic pro nobis Dnus ferventius oraret, et ad mortem se liberius præpararet. Cons 2do. Unigenitum Patris Filium totius consolationis fuisse à Patre derelictum. 1mo. ut nos ad omnis desolationes generis ferendas in studio perfectionis occurrentes, animaret. 2do ut nobis copiosam gratiam ad tantas desolationes ferendas necessariam impetraret. 3tio ut abundanter absque admixtione ullius consolationis pro nobis satisfaceret. Compassio. Resignatio.

Meditatio. 43.

De quarto et sexto verbo Dni in Cruce.

Præludia historia. Joan 19.

Punctum 1um. Sciens Jesus, quia iam omnia consummata sunt, ut consumaretur Scriptura, dixit, Sitio. At quale sibi Illi in tanta siti refrigerium? acerbum acetum. Cons 1mo. Acerbitatem sitis Dni, ut qui à nocte præcedente nihil prorsus bibisset, cum tamen multa festinanter itinera, multa verbera, fatigationes sustinuisset, et plurimum sanguinis effudisset. Cons 2do. aliam sitim, quâ Dominus

minus sitiebat, videlicet obediendi æterno Patri suo, plurima pro nobis patiendi atq omnes homines salvandi. Cons. 3tio. immanitatem carnificum qui ori ad nostram salutem toties aperto, et linguæ, quæ nobis tot documenta dedit, et tot ægros curavit, acetam dederunt. O q̃ indigna merces, et refectio post labores tantos! Cons. 4to. Nos acetum Christo porrigere, cum in rebus ad salutem necessarijs sumus tepidi. Item acetum dant Christo, qui egentibus pessima largiuntur. Si quando contingat te siti premi, gaude quod possis Xρum imitari.

Punctum 2um. Cum accepisset Jesus acetum, dixit: Consumatum est. Cons. nõ dixisse Christum, consumatum est hoc vel illud, sed absolutè ut sciamus, dominica passione omnia perfecta esse, tam in cælis q̃m in terris. Et quidem perfecit 1mo. Christus hâc sua passione, omnes figuras prophetias antiquæ legis. 2do perfecit omnia, quæ sibi à Patre pro salute omnium et singulorum facienda, præfinita erant, ab instanti Incarnationis. 3tio. Perfecit omnia, quia destructo peccato et dæmone, legem gratiæ condidit, et cælum reseravit. 4to. Perfecit omnia, quia extremam manum apposuit omnium virtutum exemplari. In vita enim eius habemus normam vitæ perfectæ. 5to. perfecit omnia, quia Judæorum erga ipsum odium est finitum. Tu ergo exemplo eius excita te, ad vitam ita instituendam, ut cum Apostolo dicere possis, cursum consuma-

ui fidem seruaui.

Meditatio. 42.

De septimo Verbo, et morte Christi.

Luc. 23.

Præludia historica.

Punctum 1um. IEsus magna voce clamans ait. Cons. Christum voce magna clamasse. 1mo in signum victoriæ, quam de dæmone et inferno reportabat. 2do Ut ostenderet vitalem sensum, quo anima affligitur, dum à corpore separatur. 3tio Ut omnes intelligerent ipsum fortitudinem et vires habere, ad vitam producendam, et mortem auertendam, si voluisset.

Punctum 2dum. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Cons. Christum commendasse spiritum in manus Patris. 1mo Ut nobis morituris exemplum relinqueret, spiritum quoque nostrum in manus Creatoris cum resignatione filiali piè commendandi. 2do Ut significet, in huiusmodi Patris, et non alterius manibus fore securum. 3tio Ut gratiam necessariam, ad hunc vltimum vitæ actum, sanctè finiendum, nobis impetraret. 4to. Spiritum commendauit, non facultates, non honorem, non corpus, Ut nos doceret, quam solicitudinem et curam de anima habere debeamus.

Punctum 3tium. Et hæc dicens, inclinato capite, tradidit spiritum. Cons. Christum caput inclinasse. 1mo Ut indicaret, quam graue onus peccatorum sustinuerit. 2do quam pauper fuerit, non habens vbi caput reclinaret. 3tio Ut tibi suggereret, quanta sint Crucis commoda. Cons. 2do. Quomodo author vitæ, per quem

viuunt

viuunt omnia, verus Deus et Homo, mortem temporalem, probrosam, dolorosam habeat. idque 1mo. Ne homo aeternam mortem promeritus, vita immortali frueretur. 2do Ut morte sua, gratiam vivendi et moriendi, in gratia nobis promereatur. 3tio Ut nos ad perseuerandum in Cruce usque ad mortem animaret. Cons. 4tio. Quam sublimes sub finem huius vitae exercuerit actus, sibi tota vita familiares, humilitatis, gratitudinis, amoris, resignationis, zeli etc. Quam intense hoc ultimo momento, omnia desideria renovarit.

Meditatio. 43.

De prodigiys mortem Christi secutis.

Praeludia historica. Luc. 23.

Punctum 1um. Moriente Christo, creaturae ingemiscere caeperunt, parentantes Creatori. Et inprimis quidem velum templi scissum est in duas partes. Considera velum templi ideo scissum, quia morte Christi apertus est aditus in vera Sancta sanctorum, id est in coelestem patriam.

Punctum 2dum. Terra mota est, et Petrae scissae sunt. Cons. terram motam esse et petras scissas, ut tacentibus hominibus, insensibiles creaturae darent testimonium eius divinitati, luctumque suum ostenderent. quare insensibiliores terra sumus, duriores Petris, si de peccatis nostris non conterimur, et passioni eius non compatimur.

Punctum 3ium. Et monumenta aperta sunt, et multa corpora Sanctorum surrexerunt. Cons. Christum

post mortem suam apertis inferorum portis Sanctos Patres liberos emisisse. Cons. 2do. corpora iustorum aliquando resurrectura, et cum Christo sine fine dictura.

Meditatio. 44
De latere Christi lancea aperto.
Praeludia historica. Joan. 19.

Punctum 1um. Judaei quia erat dies Parasceves, rogaverant Pilatum, ut frangerentur crucifixorum crura. Cons. nequitiam Judaeorum, qui praetextu religionis fictae novum Christo tormentum voluerunt afferre, si adhuc viveret; Cons. 2do. invidiam eorundem, qui cernentes plebem ex tantis miraculis compungi, desiderabant corpus eius de cruce deponi, atque adeo gloriam eius obscurare. Cons. 3tio. utrumque latronem unum idemque supplicium sustinuisse, sed bonus martyrium, malus gehennam sibi comparavit; ut discas diabolum eandem suis cultoribus reddere.

Punctum 2dum. Jesum autem cum viderent iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed unus militum lancea latus eius aperuit. Cons. 1mo. magnitudinem huius vulneris: non enim ait Scriptura latus percussit, sed aperuit. Cons. 2do. causas. 1a. ut quid quid in corde residens sanguinis effunderet nihil sibi reservans. 2a. ut ad cordis eius intima veluti per ostiolum penetrares. 3a. ut eius infinitus amor tibi pateret. 4a. ex parte militum, ut de morte eius certiores essent, et cicius corpus mortuum efficerent, cuius crura viventis frangere non potuerunt.

Pu. 3.

Punctum 3um. Et continuò exivit sanguis et aqua. Mysterium hoc fuit potissimus finis, cur voluerit sibi lancea latus aperiri. Mysterij autem hujus 1a causa fuit ut passionis mortisq suæ nobis declararet efficacitatē ad abluenda nrā peccata, et nos purificandos, simulq ad extinguendum nrarum cupiditatum ardorem. 2da ut significaret ex Christi latere profluxura novæ legis sacramenta, cum virtute lavandi et sanctificandi animas nostras.

Meditatio. 45.

De Christi Dñi de Cruce depositione

Præludia Historica. Matt 27.

Punctum 1um. Pendebat Corpus Dñi mortuū in Cruce, in magnum dedecus amicorum sed nō defuit divina providentia Filij defuncti honori, nam inspiravit viro cuidam Joseph, ut ejus curam susciperet; viro bono et justo, et occulto discipulo Jesu. Considera Christum duobas Josephis commendasse Personam suam, uni initio vitæ, à quo gubernaretur, alteri in fine, à quo sepeliretur. Joseph idem est quod accrescens vel profluens. quia Jesus ijs se tantum communicat qui in vita spirituali indies proficiunt. Considera Josephum qui fuit occultus discipulus prodijsse contemptis periculis ut discas te nō obtenturum Jesum, nisi contēnas timores humanos, et paratus sis aliquid pati. Punctum 2um. Hic nō consentiens actibus

eorum, audacter à Pilato petijt Corpus Iesu, et impetravit. Considera hic alias virtutes Josephi, quibus dignus corpore Dni. 1mo enim vitanda sunt malorum consortia. 2do constanter perficienda sunt, quae Dei gloriam promovent. 3tio saepè magno desiderio et devotione petendam est, et obtinendum corpus Dni. Cons. 2do. miram obedientiam Christi post mortem, quod noluerit corpus deponi, citra licentiam legitimi Magistratus.

Punctum 3ium. Joseph autem mercatus syndonem mundam, corpus Iesu depositum illi involuit. Cons. quantam reverentiam Joseph cruci exhibuerit, clavos ipse evulserit, et de cruce tenante Joanne et mulieribus paulatim, excipiente illud in sinum Matre sua B. Virgine demiserit. Quot hic singultus, quot suspiria omnium et lachrymae! Vide quomodo in oscula B. Mater ruat totius corporis! Quomodo in pectus B. Joannes. Quomodo ad pedes Maria Magdalena. Cons. 2do. syndonem mundam esse mundam conscientiam, in qua debemus corpus Dni excipere, et si non habemus nummo poenitentiae emere.

Meditatio. 46.

De sepultura Domini. Joan. 19.

Praeludia historica.

Punctum 1mum. Cum ipsa sacratissima aliquantulum in gremio suo, Filij sui Corpus habuisset.

-et venit Josephus et Nicodemus ferens mixturam myrrhae et aloës, qui corpus Christi involuentes sin-done munda, ligarunt illud linteis, cum aromatibus. Cons 1mo. Quantum Nicodemus ex passione Christi profecerit, ante nocte veniebat ad Jesum, nunc palam, ante solas quaestiones afferebat, nunc fert pretiosa aromata, et Dnum sepelit. disce turpem metum ex-cutere, et in virtutibus proficere. Cons 2do. Pauper-tatem Christi, qui myrrham, sindonem, et sudari-um ex eleemosyna voluit habere: ut discas hanc virtutem amare. Cons 3tio. Quam sedulo officium hoc praestiterint Joseph et Nicodemus, qui sedulo omnia eius vulnera contemplati, quoties osculati, quam reverenter cruorem, sputa abluerint, quomodo ablutum corpus ligarint, caput sudario texerint. Quantum hinc dolorem Bma Virgo senserit etc.

Punctum 2um. Involutum corpus posu-erunt illud in horto in novo monumento, excisso e pe-tra, in quo nondum quisquam positus erat. Et ad-duxit Joseph saxum magnum ad ostium monumenti, et abijt. Cons 1mo. Sepulchrum hoc fuisse in horto: nam sicut primus Adam peccavit in horto, ita se-cundus Adam in horto voluit peccatum flere. Cons 2do. fuisse novum: quia novus Adam ~~in horto de~~ ~~buit~~ novum sepulchrum suo corpori debuit eligere. Cons 3tio. fuisse excisum e petra, ut significaretur, fuisse in eo sepultum Christum Petram viuam.

Cons^{io}. Corpora nostra, quibus corpus D^{ni}cum in communione recipimus, posse dici sepulchra Domini. Magnum autem saxum sepulchro nostro hoc advolvimus cum gratiâ Dei ita munimus portas ut nullus sit aditus dæmoni carni et mundo.

Punctum 3^{tium}. Mulieres autem sedebant con sepulchrum, aspicientes ubi poneretur corpus Jesu. Considerate, cum corpus Domini susceperis, in corpus tuum velut sepulchrum debere cum mulieribus istis perseverare in contemplatione Jesu, in corde tuo sepulti atque adeo à distractione mentis cavere.

Et hæc de Meditationibus in totam vitam Christi pro via illuminativa servientibus sufficiant, in laudem et gloriam Dulcissimi JESU qui sit in æternum benedictus et [illegible]. Subjiciam hic versus pro juvanda memoria ordinem horum vitæ indicantes.

Cuncta creat, natum, præsentat, sponsa, salutat
Ad Montana, parit, laudant, circumdant, veniunt tres.
Sistitur ad festa, heu fugiens, latet, lavatur
Tentatus, docuit, curat, pius est, lacrymatur,
Venditur, atque lavat, statuit, angustia, captus
Fert alapam, Petrus, Judas, Pilatus, Herodes,
Ceditur, et spinis, monstrant sententia, portat.
Nudatus figitur, latro, Matrem, derelictus.
Expirat, foditur, solvit, sepelitur, e limbo
Surgens, ascendit, mittens, assumptaque Judex.

MEDITATIONES PRO VIA UNITIVA

Ad Religiosum Lectorem

Materia Meditationum Viæ Unitivæ multiplex assignatur. Inprimis Gloriosa Vitæ Christi mysteria. Deinde Attributa Divina. Postea beneficia nobis collata. Demum beneficia (puta gloriæ cælestis) promissa. Ad extremum Vita Beatæ Virginis, et Sanctorum Dei. De singulis dabo aliquot Meditationes. Porro ne quis existimet in his materijs nonnisi affectus Viæ Unitivæ congruentes esse eliciendos, sciendum est posse etiam omnis generis affectus, Viæ purgativæ et illuminativæ proprios, ex ijsdem materijs satis convenienter elici; delabendo scilicet ex affectu v. gr. amoris, vel gratitudinis, vel zeli similisque aliquo, ad affectus compunctionis, emendationis, doloris, patientiæ, imitationis aliosque. Ac proinde unusquisque affectus sibi maxime convenientes, ex consideratione prædictorum conetur eruere, eosque modo perfectissimo, scilicet ex motivo puri amoris Dei quod maxime meritorium est, elicere.

MEDITATIONES DE GLORIOSIS VITAE DOMINI NOSTRI MYSTERIIS

Meditatio. I.

De descensu Christi ad Limbum.

Praeludia historica. Ephes. 4to.

Punctum 1um. Considera quomodo Dnus noster, simul ac in Cruce expiravit, secundum animam hypostatice Verbo unitam descendit ad limbum Patrum, cum magna gloria, stipatus ingenti comitatu Angelorum ardentium, ut suos, a quibus tot saeculis expectabatur, consolaretur et ab inferis liberaret. Expende 1mo. benignitatem Salvatoris nostri, nō dedignantis per seipsum in partes inferiores terrae descendere, ad liberandos suos, cum id vel solo nutu, vel Angelorum ministerio praestare potuisset. Quanta quoque est ejusdem erga te benignitas, toties realiter in sacra communione ingredientis ad te, corpore et spiritu foetidum, horridum, sanandum, illuminandum, fovendum! Quam merito ergo, infinita eius benignitas amanda, colenda! Expende 2do. Curam salutis nostrae, et humilitatis eiusdem: et disce negotia gloriae Dei, et animarum nō per alios perficere sed per te. Item disce nō dedignari consolatione pauperum, hospitalia, carceres visitare.

Punctum 2um. Ingressa sanctissima Christi anima in Limbum, illustravit cælesti quodam lumine omnes illas tenebras. Expende 1mo. quanta lætitia perfusi sunt omnes Patres, qui in obscurissimo illo carcere, per duo, vel tria, vel quatuor, vel quinque millia annorum latuere, dum Christum ingredientem viderent. Licet imaginari per choros illos accessisse, et Dnum salutasse. Expende 2do. Quomodo tartarei spiritus ad hunc adventum expavescant, contremiscere, et ob ereptam tot Patrum prædam tumultuari fremere.

Punctum 3tium. In Limbo illo Dominus noster mansit fere 40. horis usque ad resurrectionem suam; expolians principatus potentia sua, iustis præmia tribuens, animam vero latronis beatificans, aliasque animas, ut credibile est, in purgatorio tum detentas applicato sui sanguinis pretio liberans. Expende 1mo. quanto miserationis et dilectionis affectu haec omnia Dnus egerit. Expende 2do. Quanto affectu sancti illi Patres, Dei sapientiam, bonitatem, misericordiam Dei prædicarint gratias egerint. Expende 3tio. dolorem et rabiem damnatorum, dum viderent se à Christo in pœnis relinqui, nec ullam rationem sui haberi.

Vivilica(?)

Meditatio. II.

De gloriosa Christi Resurrectione. Mar 16°.

Preludia historica

Punctum 1um. Accedente die tertio post eius Passionem, qui erat dies Dominicus mane, exiuit anima Christi Domini ex Limbo, cum illis choris anima-

rem ivotarum, quas secum habebat, directa tendit ad sepulchrum, in quo eius Corpus iacebat. Cons. 1mo Christum Dnum nimirum resurrectionem suam non expectatis completis tribus diebus accelerasse, ut moestissimae Matri discipulis, alysq sibi charis, solatio citius esset. Cons. 2do Christum Dnum vespere mortuum esse, et mane resurrexisse, ut significaret se mortuum propter delicta nostra, quae nos caelesti luce privant, et resurrexisse propter iustificationem, quae nos gratia illustrat. Cons. 3tio ingens gaudium animae Christi e Limbo, cum ingenti triumpho et comitatu procedentis.

Punctum 2dum. Perveniens anima Christi Dni ad sepulchrum. Ipsa mox ostendit toti illi comitatui corpus suum exangue, pallidum, foedeq deformatum, simulq omnia vulnera inflicta omnibus membris, seu nota et ignominia cum externis doloribus et desolationibus exposuit, ut quanti eos fecisset, quantumq amore illorum passus esset clarius perspicerent. Considera quo admirationis, gratitudinis, amoris, affectu SS. Patres suspexerint, glorificarint, superexaltarint, et exosculati sint tantam dignationem salvatoris sui. Quam merito et tu eosdem affectus sequentur debes.

Punctum 3tium. Post haec, eadem gloriosa Christi anima (recollecto prius, Angelorum ministerio sanguine per diversa loca sparso, capillisq evulsis, suo loco restitutis) eidem illi corpori, inspectante toto comitatu, se iterum univit, abstersoq omni vulnerum

squallore

squallore illud reddidit gloriosum, impertiendo illo claritatem, impatibilitatem, agilitatem, et subtilitatem, ut caelum penetraret. Cons 1mo. Quanto demissionis excessu Christus dominus conspiciens se tanta gloria coronatum, aeterno Patri gratias egerit. Cons 2do. Quanta reverentia Sancti Angeli, et beati illi iustorum chori Dnum ac Regem suum adoraverit, super exultarint.

Meditatio. III.

De apparitione B. V. Matri, Mariae Magdalenae, et alys mulieribus facta.

Praeludia historica.

Punctum 1mum Postquam Dnus resurrexit, etsi statim debuisset ad caelum Empyreum ascendere tanquam ad locum glorificatis corporibus designatum, voluit tamen per dies aliquot in mundo haerere, et multis se manifestare. Primam autem apparitionem fecit Sanctissimae Matri suae ex passione vehementer afflictae; quae dum ingentibus desideriis Resurrectionem Fily expectaret, confestim ingressus est, tribus stipatus choris cubiculum eius, tenebras depulit, seq cum omni gloria et claritate, qua habebat, spectandum amplexandumq praebuit, confortaas eius aspectum, tam corporis, quam animae, ut et videre eum posset, et eo frui. Considera, quam ineffabili laetitia ad primum Fily conspectum gestierit; quam mira dulcedine exuberarit cor Bmae Matris, quod prius fuerat amaore repletum. quae venerabunda

providerit ad pedes eius, exosculata fuerit cicatrices, quoties dulces amplexus, sancta oscula iteravit. Auxit mirum in modum gaudium B. Matris conspectus, tum gloriosi comitatus, tot Sanctorum suorum progenitorum Patriarcharum.

Punctum 2um. Eodem ipso tempore manifestavit Dnus resurrectionem suam per Angelos mulieribus, quae valde mane venerant ad monumentum, portantes aromata. Ut cum ingrederent, cumque vidissent revolutum lapidem et Iesu Corpus non esse, obstupuerunt. Quibus Angelus dixit. IEsum quaeritis Crucifixum! surrexit sicut dixit. Cons 1mo. in his mulieribus diligentiam, qua sit quaerendus Christus, quia nec diem expectarunt. Cons 2do. In benedictis fiduciam, qua nd deterritae sunt difficultatibus occurrentibus in rebus obsequii Dni. Cons 3tio. Potentiam Angeli, qui magnum lapidem revoluit. Cons 4to. nomen cognomen quod Angelus Christo dedit crucifixum: ut qui optime nosset quod IEsus honori sibi ducat, quod sit pro nobis crucifixus.

Punctum 3ium. Cum iam illae mulieres recessissent, Magdalena stabat ad monumentum plorans, cui compatiens Dnus, apparet ei in hortulani specie, et dicit: Mulier quid ploras? quae existimans hortulanum esse respondet. Dne si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum, et eum ego tollam. Hoc fervore excitatus Dnus, compellat eam proprio nomine, Maria: quae eodem momento.

momento ipsum agnoscens respondit. Rabboni. Cons
1mo. fervorem et perseverantiam Magdalenæ, quæ alijs re:
cedentibus non recedebat. 2do uberes lacrymas eiusdem.
3tio infinitam Christi charitatem, quâ peccatores conver-
sos et flentes tanti facit. 4to Dni hortulani specie Chri-
stum apparuisse, ut hortum animæ eius adhuc imperfecta
fide consertum expurgaret. 5to excessum ferventis amoris
Magdalenæ, quæ se ad plura obtulit, quam præstare
posset. 6to omnipotentiam Xri, qui unico verbo hu-
ius ancillæ cor commutavit, illudq omni tristitia ex-
pulsa, incomparabili lætitia illustravit. Cons. 7mo.
responsum Magdalenæ, quæ solito nomine dilectum
suum appellat.

Meditatio IV.

De apparitione facta duobus discipu-lis euntibus in Emaus. Lucæ 24.

Præludia historia

Punctum 1um. Dum duo discipuli tristes abirent
in Emaus, et de se suaq passione colloquerentur, adiun-
xit se illis in habitu peregrini Jesus. Cons 1mo. quam
grata Christo pia de se suaq passione collocutio, cui ipse
adesse dignatur. Cons 2do. Benignitatem Dni, qui
afflictis tam divinus adest, et nullum in necessitate deserit.
O quoties et te afflictum per internas allocutiones, etiâ
dum peccares, erexit, instruxit. Cons 3tio. eum in habi-
tu peregrini apparuisse, ut credas, eum tibi pia agenti
adesse, licet nô agnoscas.

Punctum 2um. Cum autem oculi horum discipulorum impediti essent ob exiguam suam fidem, ne Xtum agnoscerent, redarguit eos, ac mysterium suæ passionis et resurrectionis exponit dicens. O stulti et tardi corde &c.
Con's 1mo. hanc asperam reprehensionem, nõ ex indignatione, sed ex commiseratione et zelo processisse, ut fidē illorum vivificaret. Con's 2do. Quanto amore, suavitate, efficacitate, zelo gloriæ Dei, medius inter duos istos incedens, explicuerit illis scripturas, illuminando simul intellectum et voluntatem accendendo. O quā felix fuisses, si colloquium illud audire potuisses.

Punctum 3tium. Appropinquantibus Castello, Jesus finxit se longius ire, sed cum rogaretur et cogeretur, ut maneret cum illis, mansit, tandemq; in fractione panis se manifestavit. Con's 1mo. Christum se finxisse longius ire, ut probaret eorum amorem, et plus accenderet desiderium se retinendi: Con's 2do. quam gratum sit Deo, nõ solum à nobis rogari, sed etiam gemitibus, lachrymis, pœnitentijs, et precibus importunis cogi. Con's 3tio. discipulos illuminatos in fractione panis, ad ostendendam S. Eucharistiæ efficaciam.

Meditatio. V.

De apparitione facta discipulis in Cœnaculo. Lucæ 24.

Prœludia historica

Punctum 1um. Sub vesperam diei resurrectionis, cum essent Apostoli simul in Cœnaculo clausi propter

pter metum Judæorum, venit Jesus ianuis clausis, ste-
tit in medio eorum, et dixit. Pax vobis, ego sum, nolite
timere. Con's 1mo. Christum stare in medio discipu-
lorum, ut solem inter stellas eas illuminantem, ut ma-
gistrum erudientem inter discipulos, ut medicum curan-
tem inter ægrotos; ut Patrem solantem inter filios.
Con's 2do. Christum distulisse solari Apostolos usque in
vesperam, ut patientiam eorum probaret, desiderium a-
lueret, meritum augeret. Con's 3tio. Precari pacem
illis, a quibus erat fuga offensus, quia ipse est Deus
pacis triplicis, æternæ, internæ, externæ. Con's 4to.
Hortari ne timerent Judæos, qui occidere possunt, sed
mittere in gehennam nō possunt. Quoties similia amo-
ris signa et tu ab eo expertus es. cum in tentationibus
te solatur.

Punctum 2um. Cum verò territi, existimarent se
spiritum videre, obtulit se eis palpandum, ostendens ma-
nus, pedes, et latus. Con's 1mo. Benignitatem Jesu,
qui ut sanaret vulnera infidelitatis in Apostolis,
iussit eos palpare corpus, et vulnera sua. Cons 2do.
Vulnera Christum post resurrectionem retinuisse,
ut indicaret, se nunquam salutis nrǣ depositurum
memoriam. Con's 3tio quanta reverentia discipuli
tam suaviter invitati sacra eius vulnera contigerint,
exosculati fuerint. Ô quoties simili benignitate tibi
dulcissimus Jesus, vulnera sua exosculanda exhi-
bet, quando passionem suam tibi in memoriam
reducit.

Punctum 2dum. Adhuc autem illis nō credentibus, comedit coram eis de favo mellis et pisce asso sibi oblato. iterumque repetijt. Pax vobis; et in sufflando, dedit eis Spiritum S. et potestatem dimittendi peccata. Cons. 1mo. Humilitatem et charitatem Christi nō dedignantis in gratiam servulorum demittere se ad id, quod statui suo nō conveniebat. Cons. 2do. Bis eadem verba. Pax vobis. repetijsse, ut melius eos disponeret, ad munus quod illis iniungere statuerat, eundi scilicet per mundum ad hōes convertendos. Cons. 3tio. insufflasse. ut significaret Spiritum S. quem illis dabat ita ab ipso procedere, sicut halitus ab eo qui afflat. Cons. 4to. misericordiam et liberalitatem Christi, qui absque numero et termino, potestatem dedit Apostolis supra peccata.

Meditatio. VI.

De apparitione die octavo praesente Thoma. Joan. 20.

Proludia historia.

Punctum 1um. Post dies octo, quia priori apparitioni, Thomas qui abfuerat, non credebat, venit Jesus iterum ianuis clausis, et stetit in medio et dixit Pax vobis. Cons. 1mo. Thomam prima vice nō vidisse Dnum, quia abierat à contubernio aliorum Apostolorum, et disce quantum malum sit, subterfugere communitatis exercitia. Cons. 2do. eius incredulitatem et duritiam cordis, qui alijs condiscipulis, et forte et Bmae Matri, sibi referentibus, per oculi

cto dies noluit credere. Quarta contumacia peccatoris non tantum resipiscentis, quia vere inde apparet, quia conversio peccatoris est gratuitum donum Dei.

Punctum 2dum. Cumque Thomas obstinatius in incredulitate persisteret, dixit ei Jesus. Infer digitum tuum et manus tuas in latus meum, et noli esse incredulus sed fidelis. Cons. 1mo. inaestimabilem Dei dignationem et providentiam, qui modo extraordinario servulum ad credendum induxit. Cons. 2do. eius in verbis comitatem et affabilitatem. Cons. 3tio eius humilitatem, quod voluit manus in latus suum mitti. O quantum tunc cor Thomae ardit!

Punctum 3ium. Visis tantisque cicatricibus Thomas exclamavit, Dominus meus et Deus meus. Cui Jesus subiunxit. Quia vidisti Thoma, credidisti. Beati qui non viderunt et crediderunt. Cons. 1mo. illustrem confessionem Thomae. Non constat, num vulnera Christi tetigerit, satis habuit ea vidisse, et ad ea tangenda invitatum fuisse, attamen quanta fide eius humanitatem et divinitatem confitetur. Cons. 2do. Fas esse credere, cum ob reverentiam nollet tangere vulnera, Christum manum eius apprehendisse, et effecisse, ut desiderium suum expleret. O quantam repente sensit mutationem, quantis inundatus lachrymis. Cons. 3tio. Solatium nostrum, quod non minus beati simus nos, qui non vidimus in carne Christum, si in eum credamus, quam Apostoli, qui eum in carne viderunt.

Meditatio VII.

De alÿs apparitionibus ante ascensionem factis. Joan. 21. Matth. 28.

Præludia historica.

Punctum 1mum. Præter apparitiones prædictas apparuit D(omi)nus septem discipulis, dum piscarentur ad mare Tiberiadis, qui etsi nondum eum agnoscebant, dum ad vocem eius iacerent in dexteram rethe, magnam vim piscium ceperunt: quod cernens Joannes, dixit Petro, Dominus est; ad quem confestim accedit, prandium apparat, in quo panem et piscem ipsis D(omi)nus porrigit. Post prandium Petrum ter interrogat, an se diligat plus his. Ille. Tu scis D(omi)ne. Tum dominus suum illi committit ovile. Pasce oves meas. Cons. 1mo. Discipulos iuisse piscatum, partim ob paupertatem, partim ut otium fugerent; et disce necessarium esse habere aliquod opus manuale. Cons. 2do. discipulos tota nocte nullum piscem cepisse, ut hinc appareat, quam vanus labor sit, velle animas piscari in nocte peccati, absque vera pœnitentia; in nocte sinistræ intentionis, in nocte confidentiæ de propria industria, non in speciali gratia Dei; in nocte propriæ voluntatis absque obedientia. Cons. 3tio. multitudinem piscium, in præmium obedientiæ captam. Cons. 4to. Joannem, qui contemplativos designat, prius Christum agnovisse, et postea Petro, qui activos denotat, indicasse. Cons. 5to. Liberalitatem Christi, qui panem manu sua miraculose confectum, et pisces alios, quam quos ipsi cepissent, discipulis porrigebat

porrigebat. Con's 6to. Christum ter de amore Petrum examinasse, ut trina responsione recompensaret triplicem negationem; vel ut indicaret Pastorem ovium debere esse radicatum in tribus gradibus Charitatis.

Punctum 2um. Item apparuit undecim Apostolis in monte Galileæ, quibus et alij discipuli ad quingenti adiunxerant dicens. Data est mihi omnis potestas in cælo et in terra. Euntes docete omnes gentes etc. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumationem sæculi. Con's 1mo. quam liberaliter Dominus impleuerit promissum Apostolis quod eum essent in Galilæa conspecturi. ô quam contenti, ô quam satiati omnes remanserant. Con's 2do. Christum Dnum passione et morte sua obtinuisse, quâ homo est potestatem in cælo ad homines illuc introducendos, et in terra ad remittenda peccata. Con's 3tiô. Christum eadem potestate utentem, Apostolos per mundum universum ad docendum misisse. Cons. 4to. singularem assistentiam Dni nri, universis electis, per gratiam, per providentiam, per realem in Eucharistia sacrã præsentiam.

Meditatio. VIII.

De postrema apparitione, et Ascensione Domini. Maj 16.

Præludia historica.

Punctum 1mum. Cum adesset dies, quo statuerat Christus Dominus in cælos ascendere, apparens et con- Ad Vitricia

uescens Apostolis in cœnaculo Hierosolymitano eduxit eos foras in Bethaniam, in montem olivarum, præcipiens ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent spiritum sanctum. Cons. 1mo. Amorem paternum Xti erga discipulos, cum quibus ante discessum suum versabatur. Cons 2do. Christum ex monte oliveti, in quo fuit in agonia, et sanguinem sudavit, in quo ab Apostolis fuit desertus, à Juda traditus, à Hæbræis captus, ligatus, conculcatus, cœlum ascendere voluisse, ut intelligeremus, eum per tales labores cœlum sibi comparasse, et per consequens nos hoc itinere similiter conscensuros cœlum. Cons 3tio. Christum præcepisse Apostolis, ut expectarent Spum Sum, innuens quietem corporis cum corde pacato aptum esse ad recipienda dona cœlestia. Cons 4to. Christum iussisse Hierosolymis expectare, quia in medio populi, potest cor esse quietum et pacificum, aptumque ad videndum et recipiendum cœlum.

Punctum 2um. discipulis in monte oliveti congregatis, cum sacratissima Virgine, exhibuit se Dnus vultu splendidiore quam alias, et elevatis manibus benedixit eis, et ferebatur in cœlum, et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cons 1mo. Quam ardentes reverentiæ, amoris, doloris, et gaudij mixtos lachrymis affectus eliciuerit omnes illi præsentes discipuli, præsertim Bma Mater, quanta dulcedine toto complexuum, sacra eius vulnera, in valedictione ista exosculabantur! Cons 2do.

Christum

Christum manus eleuasse, vt insinuaret, benedictionem, quam volebat illis impertire, non esse de bonis terrenis, sed cælestibus. Cons 3tio. Eum non vt Eliam curru igneo, sed propria virtute, et diuinitatis maiestate subuectum in cælum. Cons 4to. quam splendido cum comitatu Angelorum, Patrum, et animarum iustarum gradiebatur Dnus, dum nubes lucida eum ab aspectu discipulorum subduceret. quam innumera turba ei Angelorum obviam processerit, et ad Thronum cælestis Patris adduxerit, quantos concentus ediderit. quam admirandos interim affectus amoris, congratulationis, fiduciæ, etc. Apostoli continuarint.

Punctum 2dum. Perueniens ad thronum æterni Patris Christus, obtulit eidem expeditionis suæ spolia, cœtum videlicet iustorum, rationemque impositi sibi operis cum confecti reddens, forte subiecit. Pater manifestaui nomen tuum hominibus, et te clarificaui. Cui confestim Pater. Sede a dextris meis. Cons 1mo. quanta beneuolentia et lætitia audiuerit, acceptarit omnia obsequia, vulnera, et labores filij sui æternus Pater; quanto præmio affecerit, constituens eum super omnia. Cons 2do. quanto humilitatis, gratitudinis, affectu, hanc tantam humanitatis suæ exaltationem acceptarit Filius. Cons 3tio. Quam mox suum munus auspicatus fuerit Filius Dei, distribuendo sedes singulis, quos secum adduxerat, pro nobisque interpellando.

Meditatio IX.

De recollectione Apostolorum post Christi Ascensionem, usq; ad Spiritus Sancti aduentum. Actor. 3.

Præludia historia

Punctum 1mum. Postquam discipuli amplius Dnum non viderent, cum stupefacti adhuc cælum intuerentur, duo viri in vestibus albis Angeli, submissi sunt, qui eos domum reuocarent. Viri Galilæi quid statis aspicientes in cælum &c. Tempus est ut Hierosolymam reuersi, ad Spiritus Sancti aduentum vos præparetis. Cons. 1mo. Angelos aliquo modo reprehendisse attonitos Apostolos. quia effectus diuinæ contemplationis accipiendi sunt in certa mensura, quatenus seruiunt ad officij nostri obligationes melius exequendas. Cons. 2do. Angelos miscuisse ascensionem, cum aduentu eius ad iudicandum; ut memoria primi, fidem firmaret secundi. vel. ut si forte bene se gerere negligerent, quia absens est, et in cælum ascendit, timerent rediturum ad iudicandum. Cons. 3tio. cum quanto gaudio de gloria Xri reuertentes colloquebantur Apostoli.

Punctum 2dum. Reuersi discipuli Hierosolymam intrauerunt cænaculum, et manebant ibi perseuerantes unanimiter in oratione cum Maria Matre IESV. Cons. 1mo. Apostolos in cænaculum reuersos, mansisse ibi, nõ discurrisse per plateas, ut à strepitu populi separati, aduentum Spiritus Sancti impetrarent. Cons. 2do. Unanimiter illos orasse, uno corde, una voluntate, quia omnino con-

cordi

iuncti erant charitate, scientes talem orationem valde eẽ efficacem apud Deum. Cons 3tio. nõ solum mutuo inter se coniunctos fuisse, sed quisq̃ secum unanimis, coniunctus et recollectus fuit, concordante anima cũ corpore. Cons 4to. Quia erant perseuerantes in Oratione, nõ illam interrumpentes, aut ex tepiditate relaxantes. Cons 5to. Quia orabant cum Maria Matre Jesu, quam ut Patronam acceperant, scientes quia ipsa multo plus sola potest, quam ipsi omnes simul. Cons 6to. Apostolos hanc recollectionem instituisse. 1mo quia id Christus iã suo discessu iusserat. 2do. quia agnoscebant suã imbecillitatem et insufficientiã ~~et~~ occurrentibus occasionibus. Unde orabant, ut Spiritus Sus veniret et eos confirmaret, confortaret. Quam meriti Apostoli imitandi.

Meditatio. X.

De missione Spiritus Sancti. Actor. 2.

Praeludia historica.

Punctum 1mum. Festo Pentecostes, cum essent oẽs Apostoli, B. Virgo, et alij discipuli pariter in eodem loco, factus est repente de cælo sonus, tanquam aduenientis Spiritus vehementis, et repleuit totam domum, ubi erant sedentes. Cons 1mo. Spiritum Sum in die Pentecostes, idest in festiuitate instituta in memoriam datæ legis venisse, ut significaret, quia ille venit ad imprimendam legem gratiæ in cordibus hominum, quam Christus prædicabat. Cons 2do. venisse repente, quia inspiratio et visitatio S. Spiritus, nec diem habet, nec horam certam, sed venit

Pentecost

quando homo minus cogitat, venit quando et quomodo vult ipse Spiritus vult. Deinde repente venit, quia nescit tarda molimina S. Spiritus gratia. Cons 3tio. venisse de cælo: quia terra non habet tantas vires, ut ab illa talis Spiritus veniat. Cons 4to. venisse in sono seu vento: quia ille mundat ac purgat animas, separans granum à palea, bonum à malo. Cons 5to. fuisse Spiritum vehementem, ad notandum fervorem, quo Spiritus Sanctus impellit ad opera virtutum. Cons 6to. Spiritum repleuisse totam domum, ad exprimendam abundantiam, quia quando Spiritus S. animam ingreditur, omnes facultates eius nulla intermissa adimplet: memoriam implet bonis cogitationibus, intellectum sanctis ratiocinationibus, voluntatem ferventibus affectibus, passiones sanctis affectionibus, totum hominem cœlestibus virtutibus.

Punctum 2um. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorum. Cons 1mo. Spiritum Sanctum apparuisse in forma ignis, ad significandum, quod sicut ignis purificat, illuminat, accendit, et in altum ascendit, habetque vim vivendi, estque sui communicativus, transformans in se quidquid ipsi coniungitur. ita et Spiritus Sanctus eosdem effectus in anima operatur. Cons 2do. apparuisse in figura linguarum, non cordium: quia hic Spiritus dabatur Apostolis non ut tantum amarent, sed ut suis linguis Christi legem, mortem et passionem prædicarent. Cons 3tio. illud verbum. Sedit supra singulos eorum: ut insinuetur, quod Spiritus Sanctus, quoad in se est, ita venit ex instituto, ut super nos sedeat, desiderans nunquam recedere, nisi

si nos

& nos illum expectamus.

Meditatio XI.

De admirandis operibus, quæ Spiritus S. per Apostolos ipso die Pentecostes fecit. Actor. 2.

Prælucha historica.

Punctum Imum. Repleti Spiritu Sancto Apostoli cœperunt varijs linguis loqui magnalia Dei. Cons. Imo. post acceptum Spiritum Sanctum Apostolos incœpisse loqui, quia vis interior Spiritus Sancti, nō valet sua talenta defodi in terram, sed statim cū salutem animarū ad lucem prodire. Cons. 2dō. Varijs linguis locutos fuisse: quia sicut olim superbi filij Adam, volentes Turrim Babel ædificare, puniti sunt confusione linguarum; sic Apostoli tanquam novi Architecti, ædificaturi cœlestem Civitatē donati sunt notitia linguarum necessaria ad conversionē gentium. Cons. 3tiō. Locutos fuisse magnalia Dei: nā quilibet Spiritus movet ad loquendum, qualis ipse est. Spiritus mundi, movet ad loquendū de mundo. Spiritus carnis, de carnalibus. Spiritus proprius de proprijs excellentijs. Spiritus divinus, de magnalijs misericordiā iustitiā, et divinis. Cons. 4tō. mirabilem mutationem Spiritus Sancti, quam subito commutavit Apostolos, ex rudibus et idiotis piscatoribus, sapientissimos Evangelij prædicones reddidit. ex imperfectis et timidis perfectos et fortes ad subeundam mortem effecit. O quam mirabilis artifex est Spiritus iste?

Punctum 2um. Cum Apostoli magnalia Dei

prædicarent, ab aliquibus suspiciuntur et audiuntur, à nonnullis irridentur, et musto pleni putantur, quos. S. Petrus modeste admonens, exponit hoc immensum donum S. Spiritus, ex vaticinijs Prophetitis, et primâ eâ concione ad tria millia convertuntur. alij dicunt ad quinque. Con's 1mo. Quod nunquam desint mali homines, qui bonos irrideant, temerè de eis iudicent. Con's 2do. Quam necessaria sit vero relatori animarum, tollerantia irrisionum, oblocutionum licet speratus nõ semper appareat fructus. Con's 3tio. Energiam verborum Sancti Petri ex Spiritu Sancto prodeuntium. Quod Christus triennio tot prædicationibus, exemplis, miraculis assecutus nõ erat, id eius merito Spiritus Sanctus perfecit. Ô vis immensa Spiritus Sancti in corda obduratissima.

Meditatio. XII.

De Mysterio SS. Trinitatis.

Præludium 1mum. Imaginare te videre Sanctissimam Trinitatem, in throno splendidissimo residentem, cui Angeli acclamant. Sanctus. Sanctus. Sanctus.

Præludium 2dum. Pete gratiam, de hoc mysterio meditandi, affectusque congruos eliciendi.

Punctum 1um. Deus Deus noster, unus est in Natura, Trinus in Personis, Pater, Filius et Spiritus Sanctus. Hoc est. Tres sunt in divinis Personæ inter se distinctæ, una verò numero natura Deitatis, ac similiter una Omnipotentia, æterni^tas^ gloria, maiestas, et cætera quæ in Symbolo Athanasij habentur. Con's 1mo. Deum ab intelligentia nrâ mysterium SSmæ Trinitatis abscondisse. 1mo ne si omnia caperemus, animo plus

quo

á quo extolleremur. 2do Ut cognosceremus ignorantiam no-
stram. 3tio Ut captivando intellectum, plus Deo subijceremur.
4to Ut credendo plus mereremur, sicut Abraham. Cons. 2dus.
Deum esse unum et Trinum, et ideo habere bonum et perfectum
sine malo, quod est Esse solum. Cons. 3tio. Deum esse
trinum et unum, et ideò habere perfectum illud, quod est,
esse plures, absque illo imperfecto, quod est, esse diversos.
Quamobrem tres divinae Personae, sicut sunt unus Deus,
ita unum habent sensum, unum velle, unum idemque posse
et operari.

Punctum 2dum. Hic Deus unus et Trinus creavit hominem ad similitudinem suam. Nam sicut in Sanctissima
Trinitate una est natura divina, et tres personae realiter
distinctae, sic in homine una est anima spiritualis, et tres
spirituales potentiae, Memoria, Intellectus, et Voluntas.
Imo quod maius est, S. Trinitas existit in omnibus creaturis
etiam vilissimis, secundum essentiam, praesentiam, et potentiam, et nisi esset omnes in nihilum reciderent. Quam dignum est, et quanto studio enitendum est hic, ut totus
per amorem, intellectu, volantate, et memoria in Sanctissima
Trinitate transformetur.

Punctum 3tium. Hic idem Deus unus et Trinus,
peculiariter hominem ex gratuita bonitate et misericordia sua respexit et adamavit. Pater quidem creando
illum, dotando, conservando; Filius redimendo, merita sua
illi applicando, in cohaeredem regni asciscendo, Sanctissimae Eucharistiae participationem dando. Spiritus Sanctus sic vocando,
sic iustificando, tot donis ornando, bono perseverantiae coronando. O quam inaestimabilis est iste talis Patris, talis Filij, talis Spiritus Sancti amor. O qualem a te tam

ingrato, tam indigno, tam inæquali, exigit amoris, gratitudinis, zeli honoris eius propagandi, beneplaciti exequendi excessum!

MEDITATIONES
De
Attributis Divinis.

Meditatio I.
De Potentia Dei.

Præludium 1mum. Statue te in conspectu Dei, lucem habitantis inaccessibilem, cui Seraphin Sanctus, Sanctus, Sanctus, iugiter acclamant.

Præludium 2dum. Pete paucis suspiriis efficacem gratiam, ut ineffabilem Dei omnipotentiam agnoscere possis, illumque ardentius amare.

Punctum 1um. Expende magnitudinem potentiæ Dei secundum quatuor dimensiones. 1º quam Lata sit qua potest facere, quidquid possibile est, et quidquid libuerit. consequenter plures et perfectiores creaturas, imo mundos absque determinato numero. 2º. quam Longa sit durans ab æterno in æternam, sine defectu. 3º. quam Sublimis seu Perfecta, quæ ex se omnia potest, absque ullo labore et adminiculo. 4º. quam Profunda, sive incomprehensibilis, ut potè eadem re cum essentia divina. Quam longe

Lata

Longa

Sublimis

Profunda

longe hæc potentia superat omnem potentiam creatam, quæ limitata est, defectibilis, accidentalis, et quæ absque adminiculo aliorum nihil potest. Quam æquum ergo est tam potentem Dominum glorificare, revereri cavendo minimas eius offensas, amare eundem, qui tam potens est ad remunerandum.

Punctum 2dum. Expende quam luculenter hanc infinitam potentiam suam nobis in tempore manifestavit. 1o in operibus naturæ ut in creatione et conservatione mundi, omniumque quæ in eo sunt; Angelorum, hominum, cælorum, planetarum, elementorum, plantarum, arborum, animalium etc. 2o in operibus gratiæ, ut in opere redemptionis per incarnationem Verbi; in opere vocationis ad fidem, per paucullos rudes Apostolos; in opere iustificationis, tam admirandas animarum conversiones in dies efficiendo; in opere vocationis ad religionem, tam potenter ab amore mundi, ad suum iugum trahendo. Et quidem hæc omnia manifestare dignatus est, amore nostri, ut ex his clarius illum agnosceremus, ferventius amaremus, glorificaremus.

Punctum 3ium. Expende quam eminenter hanc eandem omnipotentiam suam Deus nobis declaraturus sit in futuro. 1o in resurrectione, illa eademque numero corpora e pulvere terræ resuscitando. 2o in glorificatione corporum dotibus gloriosis illa exornando. 3o in glorificatione animarum ad visionem Dei illas elevando, ineffabilibus delitijs in æternum perfundendo. Quis non reverebitur, amabit, et glorificabit tantam potentiam, per quam sperat se ibi glorificandum.

Meditatio II
De Sapientia Dei.

Præludia ut supra.

Punctum 1mum. Expende similitudine magnitudinē sapientiæ Dei. 1mo. quam lata sit, quia comprehendit non solum præterita, præsentia, futura, sed et oēs possibiles eventus, omnia possibilia, quæ circa res creatas disponere potest. 2do. quam longa sit, ipsi Deo coæva. 3tio quam sublimis, quia non aliunde, nō per acquisitionem, sed per essentiam est. 4to. quam profunda sit, quæ nequit à creatura ulla, uti nec divina essentia, cum qua idem res est, comprehendi. Quam longe Dei sapientia Dei, excedit scientiam Cherubinorum, oēmq alium possibilem sapientiam. quam merito proinde suspiciendus, laudandus, metuendus, amandus, quam caute ambulandum coram eo, cuius oculis aperta sunt omnia.

Lata

Longa

Sublimis

Profunda

Punctum 2um. Expende quam clare hanc suā infinitam sapientiam Deus nobis in tempore manifestavit. 1mo. In operibus naturæ, ut in creaōne, conseruaōne et gubernaōne mundi, oiumq quæ in mundo sunt. 2do. in operibus gratiæ: ut in Incarnatione verbi: in ineffabili SSmæ Eucharistiæ mysterio: in adinuentione tot viarum, quibus electos suos ducit ad salutem. Quam merito proinde amandus, glorificandus, qui tibi præ tot alijs hæreseos, vel ignorantiæ tenebris involutis, oculta suæ sapientiæ manifestavit.

Punctum 3ium. Expende quanto clarius divinas thesauros infinitæ sapientiæ suæ, reserabit nobis in cœlo, quando videbimus eum sicuti est, et in eo omnia mysteria abscondita à sæculo, omnia stupenda opera, omnem denique abyssum scientiarum et causarum divinæ providentiæ. Quam promptè nunc ergo, mysteria fidei

fidei credere, occulta iudicia Dei revereri, providentiam eius in omnibus admirari, laudare, amplecti te oportet, qui haec omnia postea clare intueberis.

Meditatio III.
De Bonitate Dei.

Praeludia ut supra.

Punctum 1um. Expende magnitudinem bonitatis Dei. 1mo quam lata sit, quod habet in se eminenter boni omnis rationem, non tantum honesti, sed etiam utilis, et delectabilis, quod in creaturis reperiri aut concipi potest. 2do. quam longa sit, ipsi nimirum Deo coaeva, indefectibiliter. 3tio. quam alta, quia non accidentalis, sed essentialis, quod nec extendi, nec minui potest. 4to quam profunda, quia non potest a creatura comprehendi. Quam longe haec bonitas superat omnem creatam bonitatem, quae semper defectibilis, imo nisi a Deo conservetur, nulla est. Quam merito ergo prae omnibus aestimandus, amandus, quaerendus. Quam indignum est, spreta bonitate tua, momentaneas creaturarum oblectatiunculas aucupari. — Lata — Longa — Alta — Profunda

Punctum 2um. Expende, quam bene Dominus Deus hanc suam bonitatem in tempore manifestavit. 1mo in operibus naturae, ut in creatione, gubernatione, conservatione mundi, omniumque rerum creatarum, impertiendo ipsis tot, et tam eximias perfectiones, dotesque naturales. 2do in operibus gratiae, uti in opere redemptionis, vocationis, iustificationis, conferendo rationalibus creaturis tot et tam sublimia charismata, insuper seipsum, per incarnationem, et Sanctissimam Eucharistiam, idque ex gratuita bonitate sua. O quam suspicienda, amanda, glorifican-

da super omnia tanta bonitas!

Punctum 3tium. Expende quomodo deniq́ eandem bonitatem suam in æternitate sua exhibiturus sit beatis conferendo singulorum meritis proportionata dona gloriæ essentialis et accidentalis, animæ et corporis, æternumq́ conservando.

Meditatio. IV.
De Charitate Dei erga homines maximè Electos.

Prælud. antecedentis Meditationis.

Punctum 1mum. Expende eodem modo magnitudinem Charitatis Dei. 1mo. quam lata sit, quia se extendit ad omnes homines, quos omnes vult omnes saluos fieri, et ad omnia bona naturæ, et gratiæ, quæ ex amore eisdem dedit, dat, dabitq́ æternum. 2do quia longa, quia æterna. Nam ex quo est Deus Deus, amavit quos creare et saluare constituit. 3tio. quam sublimis, quod nulla creata charitas ei comparari potest. 4to. quam profunda, quia Deus ipse est charitas! O quanto maior charitas Dei omni creatâ, et possibili creari charitate! ô quã merito reciproco affectu redamandus.

Punctum 2dum. Expende quomodo Deus ostenderit hanc charitatem suam nobis in tempore et in omnibus operibus suis naturæ et gratiæ. 1mo Pater mittendo filium nosq́ in socios regni per eum adoptando. 2do. Filius, seipsum pro nobis tradendo, et in Sacramento sacræ Eucharistiæ communicando. 3tio. Spiritus S. plurima diuina charismata nobis nobis tribuendo. Quam incomprehensibilis in his oibus eluxit

eluet dilectionis excessus quanto amoris excessu recom-
pensandus!

Punctum 3ium. Expende quomodo eandem bo-
nitatem suam exhibiturus est in aeternitate electis. 1mo.
ineffabiles gloriae suae thesauros, quoad animam et corpus
ipsis tribuendo. 2do. seipsum eis per amorem et fruitio-
nem beatificam, in omnem aeternitatem tradendo. 3tio fa-
miliarissime cum ipsis agendo, tanquam intimis amicis.
O quales deliciae erunt, sic a Deo aeternum amari in patria!

Meditatio. V.
De Misericordia Dei.

Praeludia superiora.

Punctum 1mum. Expende 1mo quam late se dif-
fundat misericordia Dei, ad omnes omnium creatura-
rum miserias, maxime hominum etiam ingratissimorum pec-
catorum, tam corporales, quam spirituales, tam temporales,
quam aeternas sublevandas. 2do quam longa sit ab aeterno
in aeternum. 3tio quam sublimis, quod nec intendi, nec
remitti potest. 4to. quam profunda, quia se extendit ad i-
psos damnatos, quos infra condignum punit. Quam longe
excedit haec misericordia humanam misericordiam. quam
proinde reverenter suspicienda, complectenda! quanta fi-
ducia ad illam recurrendum!

Punctum 2um. Expende quomodo Deus hanc
misericordiam suam hucusque omnibus creaturis, hominibus,
et iumentis exhibuerit. 1mo in operibus naturae, provi-
dendo paterne necessaria omnibus, atque a tot miseriis
corporalibus, praeservando. 2do. in operibus gratiae. 1mo
assumendo naturam humanam atque culpas nostras quibus
aeternas miserias meremur, expiando. 2do praeser-
vando nos misericorditer a tot spiritualibus mise:

rijs, vti peccatis, tentationibus, periculis salutis, ex ipsis eruendo. ô qualis abyssus Dñi miserationum!

Punctum 3tium. Expende quomodo eandem misericordiam, Pater misericordiarum Deus exhibiturus sit in futuro saeculo. 1mo Sanctis in coelo, conservando eos à miserijs aeternis. 2do existentibus in purgatorio, liberando eos per viuorum suffragia, et illius Sanctorum merita. 3tio. damnatis in inferno, puniendo eos citra condignum. ô quanto Deus est propensior ad misericordiam, quam ad iustitiam!

Meditatio. VI.

De Longanimitate Dei.

Praeludia solita. Nieskwapliwość

Punctum 1um. Expende 1mo quam late se extendat Longanimitas Dei, ad omnia omnium hominum peccata, quantumuis grauia et enormia ad longum tempus toleranda. 2do. quam Longa sit, coaeua scilicet ipsi Deo, qui quos tolerat in tempore, decreuit seu tollerare ab aeternitate. 3tio. quam Sublimis, cui nulla paterna vel materna patientia potest comparari. 4to. quam Profunda, quâ nulla hominum etiam contumacissimorum et obstinatissimorum malitia potest exhauriri. ô verè longanimis (ut inquit Psaltes) et multum misericors Dominus.

Punctum 2um. Expende quomodo hanc longanimitatem à condito mundo hucusque erga tot peccatores exercuerit Dnus. 1mo. erga protoplastos parentes ipsis misericorditer parcendo. 2do. erga totum genus humanum, reparationi ipsius admirabile medium prouidendo. 3tio erga ingratum populum Israeliticum, tot

tot annis rebellem sustinendo. 4to. erga tot impios Reges et privatos homines, abominanda eorum facinora plurimis annis non infrequenter dissimulando. Quæ mater has tolleraret iniurias in unico filio, quas Deus quotidie tolerat ab ingratissimo mancipio.

Punctum 3tium. Expende quomodo eandem longanimitatem Deus tibi hucusque à puero exhibuerit, tot tantaque tua peccata, ingratitudines et negligentias, tam paternè dissimulando, tolerando, et ad pœnitentiam te extimulando. Tu ne ab amicissimo quidem proximo tuo hæc patereris, quæ Deus à te terræ vermiculo hucusque passus est, et quotidie patitur. Caue ergo ne amplius tanta bonitate abutaris.

Meditatio VII.

De Justitia Dei.

Præludia ~~exposita~~ posita.

Punctum 1mum. Expende 1mo. quam lata sit iustitia Dei, quæ se extendit ad omnia et singula hominum mala opera punienda, et bona merita remuneranda. 2do quam longa, ipsi Deo coæterna. 3tio. quam sublimis, quæ exactissime reddit unicuique iuxta opera sua. 4to. quam profunda, quæ ex communi massa corruptionis alios eligit gratis ad æternam gloriam, pro tot aliis prædictis in contumeliam. o quam verè dixit Psaltes. Judicia tua Dne abyssus multa.

Punctum 2um. Expende quomodo Deus hanc suam iustitiam ostenderit mundo. 1mo. in plectendis malis meritis, uti protoplastorum nostrorum, omnium

corruptorum tempore diluuij deletorum, Sodomitarum exustorum, Beniamitarum penè extinctorum, tot aliorum peccatorum horrendis modis mulctatorum. 2do in remunerandis bonis meritis, Vti Abrahami, Isaaci, Jacobi, Josephi, Dauidis, Jobi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum aliorumq piorum virorum.

Punctum 3tium. Quarto demum luculentius iustitiam suam manifestabit in futuro saeculo. 1mo in reprobis rigidissime mulctandis. 2do in Electis exactissime remunerandis. ~ Similis modus de alijs attributis meditandi commode poterit obseruari.

MEDITATIONES DE BENEFICIJS DIVINIS.

Meditatio. I.

De Beneficio Creationis.

Preludium 1mum Imaginare te coram Deo assistere, audire et videre omnes creaturas ad laborantes, Vt eidem gloriam maximam, quodq pro beneficio Creationis tribuat.

Preludium 2um Pete gratiam beneficiorum creationis cognoscendi, Vt te deinceps benefactori tuo Deo gratiorem exhibeas eumq ardentius ames, de tua ingratitudine doleas etc.

Punctum 1um. Expende 1mo opus ipsum, quid ab aeterno vsq ad diem conceptionis tuae in Vtero Matris

fueris

ficiens, nempe purum nihil, quod qualibet minima creatura vi-
lius est. 2do cum nihil esses, et nihil refferet te esse, aut non
esse, Deum ex mero amore tui te creasse, et totum tibi dedisse
quod es. 3tio cum Deus potuerit te facere bestiam, vel lapidem,
vel vermiculum, fecit te hominem rationalem, dominum
omnium creaturarum. 4to fecit te hominem non stultum,
non caecum, non claudum etc. sed integris membris. 5to fecit
te ad imaginem et similitudinem suam, intellectu, voluntate,
memoria praeditum, virtutum capacem. Quam inaestimabi-
lis dignatio divinae Maiestatis, te ab aeterno tam beni-
gne respicientis.

Punctum 2um. Expende finem creationis tuae,
qui est 1mus ut Deum creatorem, ex toto corde tuo, to-
ta anima, totis viribus tuis ames, quia totum te, quantus
es creavit. 2dus ut omni humilitate eidem servias,
obsequendo eius mandatis, 3tius ut eum ob beneficia
praestita colas, laudes, et glorifices. 4tus ut postquam vita
in hac vita praestiteris, tandem felicitatis aeternae parti-
ceps efficiaris. Quam profusa et admiranda Dei tui er-
ga te liberalitas! Quanta ingratitudo tua!

Punctum 3um Expende finem creationis aliarum
rerum corporalium, qui est ut nobis serviant, et auxilio
sint, ad consequendum finem nostrum. Creavit enim Deus
coelos, solem, lunam, stellas, elementa ut nobis essent
usui, nobisque inservirent. Creavit varia animalium
et arborum genera, alia ut labores nostros sublevarent,
alia ut victum, alia ut amictum, alia ut recreationem,

aliosq̃ usus quotidianos praestarent. Similiter dedit nobis ingenium, prudentiam, fortitudinem, sanitatem, doctrinam, diuitias, honores, etc. Vt nobis ad salutem deseruirent, quare si illis corrumpimur et abutimur, contraria potius optanda, ut aegritudo, paupertas, mors etc. quam peculiaris Dei tui erga te immensum gratia! Caue ne sis ingratus.

Meditatio. II.

De beneficio Conseruationis.

Praeludia ut in Antecedenti Meditatione.

Punctum 1um. Considera Deum postquam te fecit ex gratuita bonitate sua, ex eadem te conseruare et gubernare, quod non est minus beneficium priore: imo maius, quia illud semel tantum tibi factum est, hoc autem semper repetitur. Quotquot ergo temporis momenta habuit et habet, et habebit vita tua, tot partes sunt istius beneficij, quia nec in uno illorum subsistere potuisses, si Deus oculos suos a te auertisset. Quam merito ergo sequendum tibi consilium est S. Edmundi monentis. Debes semper de Deo cogitare et loqui, propter tot beneficia, quae tibi confert tam sollicite ac si totius mundi esset oblitus. Vnde recte quidam Sanctus dixit. Hominem non toties respirare, quoties tenetur Dei sui recordari.

Punctum 2um. Considera Deum omnia alia condidisse, et conseruare, ut deseruirent homini ad illius conseruationem et gubernationem: ac inprimis Angelos, deinde corporeas creaturas, ut caelum cum planetis, aërem cum auibus: mare et flumina cum piscibus, terram

terram cum bestiis, fructibus, floribus, coloribus, odorib'
quam meritò ergo tibi cum psalte exclamandum. Domine
quid est homo, quod memor es eius? Omnia subiecisti
sub pedibus eius etc.

Punctum IIum. Considera quomodo idem Deus
te, ex eadem gratuita benignitate sua, præservavit hucusq
et nunc præservat, à tot, tamq variis miseriis corporis, et
animæ, à tot tamq horrendis casibus, et peccatis, æternisq
suppliciis. omnibus quæ incidisses, et nunc incidere posses,
nisi gratia sua gratuita te præservasset et nunc præ-
servaret. Itaq si liber es à calculo, padagra, lepra, fe-
bri, alijsq morbis: si liber es à peccatis, Dei consolatio-
ni adscribe. Quot enim alijs corporis, audis, legis, corporis
et animæ miserias, tot agnosce tibi à Deo singulis mo-
mentis exhiberi misericordias, dicens cum Propheta.
Misericordia Dni, quia nò sumus consumpti.

Meditatio. III.
De Beneficio Redemptionis.
Præludia ut supra.

Punctum Imum. Considera Imo. à quo sis redem-
ptus, nempe à filio Dei Creatore et conservatore tuo.
Considera 2do. Quomodo: nempè perfectissimè, cum enim sola
voluntate, verbo, vel nutu, nò descendendo de cælo, nos redi-
mere potuisset sicuti mundum, uno verbo creavit, digna-
tus est de cælis descendere, assumere nram humanã
naturam. Considera 3tio. à quantis malis sis redemptus.
Imo enim redemptus es à peccatis, 2do. à perpetua

Tyrannide et servitute diaboli, cui per peccatum eras mancipatus. 4to ab igne æterno, diabolis et Angelis eius parato. Quam immensa, sublimis, longa, lata, incomprehensibilis misericordia, liberalitas, charitas, qualem tuique exigit à te gratitudinem, amorem.

Punctum 2um. Considera quali pretio sis redemptus, non auro, non argento, nec lapidibus pretiosis, sed passione, sanguine, morte acerbissima Christi Domini Filij Dei vnice dilecti. Poterat te vna gutta sanguinis sui in circumcisione effusi redimere, sed voluit flagris concidi, colaphis contundi, sputis oppleri, spinis coronari, funibus et catenis ligari, per plateas trahi, velut stultus illudi, latroni postponi, cruci affigi, aliaque ignominiosissima et durissima pati, vt ipsi in horto oranti, sola cogitatio eorum sudorem sanguineum toto corpore expresserit, affectus ijdem quod præteritum tempus eliciendi.

Punctum 3um. Considera quanta bona ex hac redemptione secuta sunt. 1mo ex filio diaboli factus es filius Dei. 2do ex hærede æternæ damnationis factus es hæres æterni regni. 3tio factus es particeps gratiæ et amicitiæ diuinæ, cum esses filius iræ. 4to vt si in peccata relaberis, iterum possis per pœnitentiam in gratiam restitui. 5to vt in gratia existens, possis augere gratiam, et vitam æternam. 6to vt fontem omnium gratiarum, hoc est Jesum Christum in ssma Eucharistia suscipias. Quam gratum igitur teneris te tantæ liberalitati exhibere. Affectus vt supra.

Meditatio. IV.
De Beneficio Vocationis ad Veram Fidem.

Prœludia Antecedentia.

Punctum 1um Considera 1mo. Non prodesse beneficium Redemptionis, nisi subsequatur beneficium vocationis ad veram fidem Catholicam. sicut enim emplastri nullus est usus, si non applicetur vulneri: sic nec Passionis Christi, nisi applicetur per fidem, et Sacramenta fidei. Cons 2do. Vocationem ad fidem, esse mere gratuitum donum Dei. Nemo enim potest venire ad me (inquit Christus ipse) nisi Pater meus traxerit illum. Sicut enim lapis natura sua non potest tendere sursum, nisi auxilio externo: sic nec homo potest ad cœlestia mentem elevare, nisi dextera excelsi adiutus.

Punctum 2um. Cons 1mo. Quot millia non dico hominum, sed nationum ab initio mundi ante et post Christum, ac etiam hoc sæculo iusto Dei iudicio, hanc vocationem ad fidem conseuti non sint, ac proinde perierint et pereant in sua infidelitate. Cons 2do. quid de te factum esset, si inter Ethnicos natus esses, si idola adorasses. Cons 3tio. quid deinde, si hæreticos parentes, cognatos, patriam habuisses. Cons 4to. Quantum Deo debeas tuo, quod in tanta reproborum multitudine voluerit te in Ecclesia Catholica nasci.

Punctum 3um. Considera quot millia Christianorum sint, qui per veram fidem, a peccatis et damnatione quidem æterna sint liberati: sed tamen

vel in hæresim, vel in gravia peccata relapsi sint, ex quibus nondum emerserunt, tu autem toties relapsus per pœnitentiam ad salutem redieris. Quam patienter tecum Deus sæpe egerit, vel cum diu in peccatis hærentem, neque dolentem sustinuit, vel dum inspirationes pias suggessit, et ad resipiscendum vocavit.

Meditatio. V.
De beneficijs peculiaribus cuique proprijs.

Punctum 1um. Considera peculiaria à Deo tibi data beneficia, quæ non sunt alijs etiam Catholicis communia, sive illa sint naturæ, sive fortunæ, vel gratiæ. 1mo. Quod infans non sis extinctus in utero materno. 2do. quod non sis natus ex parentibus infamibus, illegitimis, hæreditario morbo infectis, corpore vitiatis, magis, veneficiis, mendicis, latronibus, alijsque nebulonibus. 3tio quod à Catholicis piis, probis parentibus, præceptoribus educatus, institutus. 4to. quod severiore disciplina monastica à petulantia lasciviaque puerorum, et varijs peccatis abstractus.

Punctum 2um. Considera beneficia gratiæ maxime post annos pueriles. 1mo. quod occasiones habueris multas, conciones, et exhortationes audiendi, ex quibus melior evasisti. 2do quod ad sodalitatem et coetum proborum perveneris, in quibus frequens usus confessionis, et SSmæ Eucharistiæ, ubi multa præclara pietatis exempla; ubi nulla vanitas et dissolutio. 3tio Quod à societate malorum singulari gratia abstractus. 4to. Quod ex sordibus gravis alicuius

ius peccati, in quo olim haesisti, extractus. 3tio. quod à periculo singulari vel animi vel corporis liberatus: vt à naufragio, à morte, à grauissima tentatione post ablatâ. vel ab alijs periculis tibi ignotis. Quis enim scit, à quot tentationibus et occasionibus peccandi te Deus praeseruauit.

MEDITATIONES DE GLORIA COELESTI.

Meditatio I.

De Natura, loco, et societate caelestis gloriae.

Praeludium 1um. Pone tibi ob oculos amoenissimum altissimumque locum, qui pulchritudine caelestes orbes longè superat.

Praeludium 2um. Pete à Deo gratiam, vt intimè gloriam caelestem cognoscere possis, quo magis exciteris ad seruiendum ipsi in sanctitate et vitae puritate.

Punctum 1um. Gloria Caelestis, vt asserunt Theologi, est status quidam aeternus, securus, immutabilis, et expeditus ab omnibus malis culpae et poenae, quae timeri possent. Plenus vero bonis omnibus naturae et gratiae, quae possunt desiderari. Expende diligentius excellentias huius status. 1ma est Aeternitas. Quia sibi duratura est semper beatitudo. 2da Securitas. Quia sciunt beati, quod Deus collatam beatitudinem nunquam ab illis auferet.

Status Aeternus
Securus
Immutabilis
Expeditus a malis
Plenus omnibus bonis

3tia. Immutabilitas. Quia gloria illorum essentialis, nunquam patiatur detrimentum, imò potius frequenter accedent novitates delectationis recentes, accidentales gloriæ. 4ta. Libertas ab omnibus malis. Quia non est ibi luctus neq; dolor neq; ullus æstus, neq; mors, neq; aliquod aliud malum, quod cogitari pt. 5ta. Plenitudo omnium bonorum. Quia omnium delitiarum affluentiam, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec cor apprehendit, in se continet, ô felix status! quis nō igr pro eo consequendo oia contemnat!

Punctum 2um. Locus quem Deus in habitationem electorum suorum creavit, est Cælum Empyræum, locus clarissimus, vastissimus, temperantissimus, firmissimus, pulcherimus, amœnissimus, delitiosissimus. Expende has singulas proprietates. 1a. Quia est clarissimus absq; nocte et tenebris ullis, perpetuo die et luce coruscans. 2do. Quia vastissimus, capacitatis immensæ. 3tio. Quia temperantissimus absq; æstate, autumno, hyeme, siccitate, humiditate, et alia insalubri temporum varietate. 4to. Quia firmissimus absq; ulla labefactatione aut concussione, aut ruinæ timore. 5to. Quia pulcherimus, absq; tribulis et spinis, sed summa amœnitate refertus. ô locus amabilis. ô quam sordet terra specto cum sydera cæli!

Punctum 3ium. Societas et conversatio, quam Sancti in cælo habent, est cū Sanctis, qui licet sint innumeri, omnes tamen se invicem noverunt, et invicem tanta familiaritate inter se conversantur,

atq;

atq; si essent pauci. Expende quã iucunda sit illa conuersatio, in qua omnes sunt nobilissimi, sanctissimi, sapientissimi, prudentissimi, affabilissimi, et eminentissimi in omnibus rebus, quæ possunt desiderari in conditione, complexitate, ciuilitate, discretione, et in omni deniq; virtute. Vbi omnes sunt lilia absq; spinis, grana sine paleis, triticum sine zizanijs. Vbi sunt tot chori Angelorum, Archangelorum, et Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, Religiosorũ, Viduarum. O fælices Sancti, adiuuate nos precibus, vt ad vestram societatem perueniamus.

Meditatio. II.
De gloria Animæ cuiusq; beati.

Præludia vt supra.

Punctum 1um. Gloria animæ beatæ adeo excellens est, vt teste S. Thoma nõ potuerit Deus præstantiorem creare, quam vt aliquatenus cognoscamus, expendamus illam per tres spirituales animæ facultates. Et primis expende gloriam Memoriæ, quæ ita immergitur in abyssum diuinitatis, et ita erit plena Deo, vt memoretur iustitiæ eius solius, semper illum præsentem habens sibi nec potens eius obliuisci, aut ad rem aliquã sine eo diuertere. Tunc luculenter cernet omnem vitam suã, quæ et quanta à Dño beneficia acceperit, quæ pericula duce Deo euaserit, quoties mortali peccato grauatus, in infernum præcipitandus erat, nisi se diuina gratia

liberasset. ex quibus omnibus gaudium et motiuum hau[...]
et ad continuas Deo laudes et gratias persoluendas.
Accedet et illud bonum memoriæ, quia omnia ab orbe con-
dito gesta, omnes omnium tam gentium quam sæculorum
historias complectetur. Quis ergo illam à vanis abstrahe-
re, atq; ad diuina ruminanda serio applicare abnuat, q[uam]
considit tantis gaudijs perfundendam.

Intellect[us] Punctum 2um. Expende gloriam Intellectus,
qui erit plenus Deo, per claram eius Trinitatis et di-
uinitatis visionem. Ubi videbit absq; figuris et æni-
gmate ad faciem. 1mo totum Deum Patrem, et Filium,
et Spiritum Sanctum. et cognoscet quomodo Pater Filium
generet, et vterq; Spiritum Sanctum producat, et quomodo
tres Personæ, vnus sint tantum Deus infinitus, æternus.
2do. videbit omnes diuinas eius perfectiones, Sapien-
tiam, bonitatem, charitatem &c. 3tio videbit altissi-
ma mysteria Incarnationis, et stupenda humanita-
tis opera. 4to videbit, clarè secreta Dei iudicia cir-
ca hominum gubernationem, quæ nos hic aliquando
turbant. 5to. videbit occultam Dei prouidentia[m]
quâ Deus quemlibet gubernat, suamq; salutem d[...]
rexit, cognoscet pericula à quibus ipsam libera-
uerit, ex quo motiuum ad summum gaudium acci-
piet. Accedet et illud bonum Intellectui, quia omnes
scientias tam naturales quam supernaturales, omnes re-
rum naturas, vires, proprietates complectetur. Infi-
mus beatorum plura sciet et exactius intelliget

quam

quam Adamus, vel Salomon sapientissimus, vel Prophetes sapientissimi, vel Philosophi ingeniosissimi, sciuerint ac intellexerint. Quis ergo non libenter captiuet Intellectum in obsequium fidei, quae sperat pro lumen gloriae ad tantam perfectionem euehendum.

Voluntas

Punctum 3tium. Expende demum gloriam Voluntatis, quae erit quoque plena Deo, diuinitati eius amoris quadam Vnione perpetua, continua, intima, et amica cum omnibus generibus et titulis coniuncta. Ibi clare distincteque conspectum Deum diliget, Vt Patrem, Vt amicum, Vt sponsum, Vt benefactorem, Vt infinitum et summum bonum, Vt primum principium et Vt Vltimum finem suum. Ex quo 1mo. inexplicabiles voluptates percipiet. 2do plenam satietatem omnium desideriorum et appetitionum obtinebit, ita Vt extra Deum nihil amplius concupiscat et velit. Nec enim hoc opere Vllum erit taedium aut defatigatio, sed nouitas quaedam aeterna, et aeternitas quaedam noua. 3tio. Virtutibus omnibus replebitur, quarum actus cum summa voluptate et diligentia exercebit. V. gr. Obedientia parebit Deo resolutissime. Humilitate totam ei seipsum se addicet submississime. Religione cultum eidem reddet reuerentissime etc. Accedet et illud bonum voluntati, quia nullam contradictionem et remurmurationem internam, nullam contrarietatem et aduersitatem externam habebit, sed summam Vtriusque concordiam. Quis ergo abnuat suam hic abnegare

divinoq conformare beneplacito voluntatem, quam
ibidem sine ullo fastidio et reluctantia sperat in-
ebriandam, satiandam.

Meditatio. III.

De gloria Corporis cuiusq beati.

Praeludia ut supra.

Punctum 1um. Gloria corporis beati in duobus po-
tissimum consistit, videlicet in dotibus et in sensibus.
Expende in primis quatuor dotes corporis gloriosi.
Dotes 1ma dos est. Claritas cum admiranda pulchritudine
per quam iusti fulgebunt sicut Sol, ad similitudi-
nem Corporis Christi Dni nri. Tunc vulnera, quae
quis in hac vita accepit, erunt tanquam gemmae pre-
tiosae. Tunc tota figura corporis, proportionem et
harmoniam habebit admirandam. Quanquam quo quis
beatior erit, tanto magis haec habebit. 2da dos est
Impassibilitas impatibilitas seu immortalitas impatibilis, per quam
Sancti nullum sentient dolorem, aut infirmitatem, non
nocebit illis ignis, aut aqua, semper habebunt tale
vigorem, quod nullum detrimentum patiatur. 3tia Agili-
Agilitas tas seu celeritas, per quam poterunt ab uno loco
in alium, instar scintillae, aut fulgoris, sine ulla de-
fatigatione, aut mora discurrere per coelum Empyrae-
Subtilitas um pro suo libitu. 4ta dos est. Subtilitas seu im-
munitas ab operibus vitae, per quam non indigebunt
ullo cibo, aut potu, aut somno, quae sunt bestiis com-
munia. Habebitq corpus subtilitatem, ut possit in vir-

tute

tate Dei penetrare cælos, et quodcunque aliud corpus sine impedimento. Quis hæc expendens ad maiorem Dei amorem non accendatur, et ad mortificandam carnem nõ excitetur?

Punctum 2um. Expende postea gloriam et delectationem quinque sensuum, quã percipient ex proportionatis sibi obiectis. Primo visus ex aspectu tot glorificatorũ corporum, maximè Christi Dñi et Bmæ V. Matris. 2do auditus ex mutuo colloquio, unanimiq laude Dei, nec non ex suavi et inaudito concentu tot beatorum et Angelorum. 3tio odoratus ex suavissimo glorificatorum corporum maximè Christi Dñi et Bmæ Virginis odore. 4to. Gustus ex ineffabili satietate absq cibo, et perenni suavitate absq fame et fastidio. 5to. Tactus qui per totum corpus diffunditur ex convenientissima sibi cælestis paradisi temperie, voluptatumq ubertate. Quis hæc considerans, sensus suos nolit refrenare, quibus tantum præmium reddetur.

Sens[us]

Meditatio. IV.

De gaudio quod percipiet quisque Electus, ex gloria aliorum beatorum. B. Virginis, Christi Dñi, et SSa Triade

Præludia similia antecedentibus præludijs de cælesti gloria.

Punctum 1mum. Expende quam ingens gaudiũ percepturus sit quivis beatorũ, de aliorum beatorum beatitudine. 1mo quia illorum numerus

erit nimium multus et pene innumerus. 2do quia qualitas eorum erit gloriosissima, omnes enim erunt nobilissimi, sanctissimi, sapientissimi, affabilissimi, eminentissimi in omnibus rebus, quæ possunt desiderari, in conditione, complexione, civilitate, discretione, et in omni denique virtute. 3tio quia ordinem habebunt inter se mirabilem, neque enim erunt æquales, sed diversitatem habebunt in pulchritudine, claritate, summa tamen proportione et ordine iuxta suos gradus. Aliam eminentiam habebunt Angeli, aliam Archangeli, aliam Principatus, Virtutes, Potestates, Dominationes, Throni, Cherubim, Seraphim, Aliam Patriarchæ, aliam Prophetæ, Apostoli, Evangelistæ, Martyres, Confessores, Pontifices, Doctores, Sacerdotes, Religiosi, Virgines, Viduæ, et aliorum statuum. 4to. quia in tanta multitudine et varietate diligent se mutuo amore quodam ardentissimo in Deum, cum summa voluntatum consensione, absque ulla repugnantia, lite, ambitione, aut invidia. O Societas beata, in qua nec multitudo confundit, nec excellentia inaniter evanescit, nec turbat varietas, nec inæqualitas affert dissensionem, aut amorem remittit. Placet tibi anima mea adeo dulcis societas, stude illius virtutes ex nunc imitari.

Punctum 2um. Expende quanto porro maius gaudium percepturus sit quivis Electus, ex eminente B. V. Deiparæ tam animæ, quam corporis gloria, quæ aliorum beatorum omnium gloriam multo

multo

multo transcendit. At quanto tandem eminentius gaudium habiturus sit de immensa SSmæ Humanitatis Christi Dñi nri, tam animæ quam corporis gloria, quæ nō solum aliorum beatorum oium, sed etiam ipsius Bmæ Matris, infinitis penè excedit modis seu parasangis beatitudinem. An non merito crebrius ore et corde exclamandum: ô JESUS et MARIA dulces amores mei, patiar ego, moriar ego, amore vestri, totus sim vester, nullus meus.

Punctum 3ium. Expende quanto demum sublimius gaudium habiturus sit quilibet electus de infinita, et incomprehensibili gloria ipsius SSmæ Trinitatis, quæ eminentissimè omnium beatorum felicitatem in se continet. Et quidem tanto sublimius erit illud gaudium cuiusque beati, quanto sublimius et amplius creatorem præ oibus creaturis diliget. Quam pure, ardenter, constanter iure esset Deus à nobis diligendus et glorificandus, cum tam inæstimabile gaudium ex eius visione nos percepturos speramus.

Meditatio. V.
De Aeternitate cœlestis gloriæ.

Præludia ut supra.

Punctum 1um. Expende inprimis quid sit æternitas beata. Aeternitas beata (ut inquit S. Dionysius lib. de divin. nominib. cap. 10) est interminabilis vitæ tota simul et perfecta possessio. Aeternitas beata circulus est, cuius centrum est semper, circumferentia nun-

quam. Cogita mille annos, cogita decem, viginti, quinquaginta, centum millia, cogita mille millia annorum, adhuc integra stabit et durabit cœlestis gloriæ æternitas. Si auferas tot millia annorum, quot sunt in universa terra minutissimæ arenæ, si tot myriades annorum, quot guttæ numerantur in Oceano; quot folia arborum omnium atque herbarum; quot gramina camporum; aut nihil de æternitate cœlestis beatitudinis detractum erit. O felix æternitas! o æterna felicitas! o regnum vere beatum! vacans fine, ubi continuus sine nocte dies nescit habere tempus. O omnia mea suspiria, desidera ad hanc æternitatem.

Punctum 2um. Pone tibi ob oculos omnia quæ dicta sunt de natura, loco, societate gloriæ cœlestis: item quæ dicta sunt de gloria animæ, et corporis beatorum: et expende sigillatim singula fore æterna, sine ullo fine. In hac mortali vita, nihil diuturnum est, omnia sua inconstanti volubilitate transeunt; voluptates honores, familiaritates et omnia brevi finem accipiunt. Sed in cœlesti gloria, et status æternus, et vita æterna, et locus æternus, et societas æterna, et gaudium animæ æternum, et dotes corporis æternæ, omnia sine fine æternum duratura, idque absque ullo fastidio et molestia. In hac vita etsi grata quies, tamen si sano, duos annos in molli lecto continenter cubandum esset, non ferret tam diuturnæ quietis laborem, summam molestiam et cruciatum inde haberet, sed in cœlesti Patria, voluptates et delitiæ æternæ, nullum fastidium parient, imo

satietate

satietatem et novitatem quandam æternam conciliabunt.
Ô quam vani sunt filij hominum in delitijs suis, qui pro
unica momentanea voluptate vendunt æternam: pro pomo
regnum, pro vita mortali vitam vitalem carentem morte.
Ô æternitas beata, quam raro versaris in mentibus hominum!
iterum dico, quam raro versaris in mentibus hominum æter-
nitas!

Meditatio VI.

De Sanctissimo Sacramento pro peragendis deuotè Processionibus.

Præludium 1um. Apprehende viua fide Christum Dominum
in hoc Sacramento præsentem, venisse in nostram terram,
ut renouet quod fecit, dum esset in ea.

Præludium 2um. Pete gratiam ut ei debitam reuerenti-
am, atque adeò cultum exhibere possis.

Punctum 1um. Considera 1mo. quomodo Christus Do-
minus cum in terris degeret, deambulauerit per plateas,
fora, synagogas, et priuatas domos Iudæorum, et cum ipso
templo Hierosolymitano, benè faciendo omnibus, non
solum per gratiam, sed et per visitationem personæ. Considera
2do. Eadem ratione Christum Dominum in Sanctissimo hoc
Sacramento ambulare per templum, fora, et plateas Chri-
stianorum, bene faciendo omnibus, qui viua fide illum
confitentur, adorant, et toto corde laudant. Et quamuis
copiosius hæc tribuat, qui ipsum sumunt, aliquam ta-
men partem etiam illis impertit, qui ipsum comitantur.
Ex quibus disce illum eo spiritu comitari in Processio-
nibus, sicut fuisses comitatus cum viueret, si habuisses

eam fidem, quam nunc habes.

Punctum 2um. Cons. 1mo quomodo Christus Dnus, in die Palmarum ingressus est Hierusalem mansuetus et humilis; tum ut ostenderet cum quanta volupta-te inter homines maneret, tum etiam ut eius discipuli et plebs devota, externa signa fidei, amoris ac pietatis erga ipsum darent. Cons. 2do. Quia propter easdem nunc rationes deferri vult in hostia sacra mansuetus, nube levi accidentium panis coöpertus, per plateas et fora Ecclesiæ. Ex quibus disce 1mo gaudere de eius tali præsentia. 2do quam maxima signa externæ reverentiæ humilitatis, gratitudinis, amoris, fidei et devotionis eidem exhibere.

Punctum 3tium. Considera Patrem æternum hac Theophoriæ celebritate velle reddere Sanctissimæ carni Salvatoris nostri præmium et honorem, pro ignominiosis illis profectionibus et deductionibus, quas habuit ab horto Gethsemani ad domum Annæ et Caiphæ, et Pilati, et Herodis, ab uno Tribunali ad alterum, summo cum opprobrio et subsanatione, donec exijt in montem Calvariæ bajulans sibi crucem. Mirabilis sane fuit exinanitio SS. carnis Christi patientis, et multo mirabilior eiusdem apparet exaltatio in hoc Sacramento, dum publice cum solemni pompa circumducitur.

Scribe Frater Charissime lege, vigila, ora, ieiuna, flete, sta, psalle, meditare. Frigus, inopiam, sitim, confusiones, humiliationes, opprobria, irrisiones et alia carni inimica, quam plurima ardenter, hilariter constanter

constanter patere. Digna enim est his omnibus vita
aeterna, quam nobis concedat dulcissimus Redemptor
animarum nostrarum CHRISTUS IESUS Amen.

Cui has nostras quales quales Vris Initi:
us Meditationes, Ut nunc per amorem
ipsi uniri, et post in coelis ipso
frui possimus, damus de-
dicamus conse:
cramus.

Omnia Ad Maiorem Dei Gloriam.

Orô Præparatoria ante Meditãem in Beneficiis Dei

Omnipotens Sempiterne Deus in Cuius Conspectu st oës Fines terr.
Ecce ante Oculos tuos Dñe Maiestatis tuæ me indignum pec-
catorem constituo, teq; toto corde prostratum in reverentia et submis-
sione adoro, ac rogo suppliciter ne me despicias servum tuum; sed
inveniam grãm de misericordia in oculis tuis ut Dñe tuas Virtutes
ac leges digne meditari valeam, et audiam quid loquatur in me Dñs
affectuq; ardentissimo omnia quæ voluntati ac beneplacito tuo s[unt]
complectar; ac deniq; opere ipso compleam, gaudeamq; ad salutem meam
et Nominis tui Sacratissimi honorem spectare cognoscam. Per Dnum nrm

Orô Hierosolym. inventa. A paralisi subitanea mortē.

O Ś. Pano Mrya Matko Boga wszechm. Oblubienico Ducha S. Nadziejo
wszystkich Xr-yaiu Świętego. O Ś. Pano Mrya Zwierciadło y Świętosci
Boska Aniołów Archaniołów Triumfie y Panowanie. Matko y Pna
Proszę cię odpuszczenie grzechów moich y abyś mię wybawiła
od wszelkiego Niebespieczeństwa Ciała y Diabła. Racz mi dać łaskę
twey pomocy y nie opuszczay mię O Matko Dobrotliwa Naświętsza
ręką twoją, tak racz słudze twemu dany twey łaski pokazać
abym mogł prawdziwą wiarą dostąpić Królowania w Swiatle wie-
niebieskiey. Am.

Ordinatio Temporis pro Exercitiis Spiritualibus.

Audito pulsu ad Matutinum surget juxta praxim piè surgendi, seque ad meditandum seriò disponet.

Post Matutinum meditabitur per mediam horam juxta praxim meditandi, quam pridie relegerit, accuratèque toto tempore observare studebit.

Finita Meditatione aliisque privatis Exercitiis decumbet usque ad mediam Sextam.

Media Sexta surget, lectum sternet et alia munditiem concernentia peraget.

Hora Sexta per mediam horam meditabitur sed quadrante ante ad meditand. se praeparabit et quadrante post successum meditationis examinabit et conscribet; quod id faciet ante et post singulas Meditationes, tunc Primam dicet Sacrum audiet vel leget; reliquo tempore Tertiam et Sextam aliasque preces vocales consuetas persolvet, ad Confessionem se praeparabit, vel leget aliqua ex pio libello.

Hora Nona per mediam horam meditabitur, cum solita praeparatione et recollectione. Nonam cum privatis precibus peraget, vel aliquid ad reformationem morum faciens expendet.

Quadrante ante prandium Conscientiæ Examē exactiùs instituet.

Post Prandium solitò frugalius et deuotius sumptum, sedendo, aut deambulando rumi nabit aliquod exemplum, vel documentum quod simul et recreet, et affectus excitet, vel alia ratione sanctè id tempus transiget.

Hora Prima. Leget Litanias de Omnibus Sanctis vel de Sancto Paulo, et Examen particulare de obseruatione præceptorum faciet. Leget de inde quidpiam, vel conscientiam pro generali Confessione discutiet

Hora Secunda. Horas vespertinas cum alijs priuatis Orationibus recitabit.

Hora Sexta. meditabitur cum solita prępara tione, et recollectione. Reliquo tempore usque ad Coenam vel recolet præcipuos affectus illo die elicitos, vel leget aut ruminabit ex præ dictis aliquid

Post frugalem Coenam et piam animi rela xationem prævidebit crastinam Meditationem.

Demum Litanijs de Beatissima Matre Virgine recitatis factoque accuratè Examine utroque decum bet ex praxim piè decumbendi, reuocatis paululum ante somnum punctis crastinæ Me ditationis.

Ante Meditatem Omnes Jaculatoriae [illegible] S. Ignatii [illegible]
Ven. S. Soc. [illegible] Collegium. Adoropes [illegible] [illegible]. Deus in adjutorium
1. In Justificationibus tuis meditabor, da mihi intellectum et scrutabor le-
gem tuam. Dne Jesu qui es Via Veritas et Vita, sine quo nemo ve-
nit ad Patrem. Eia illumina doce me instructiones tuas per illam
Contemplationem tuam in deserto; eia doce a divina illumina fa-
ciem tuam super servum tuum. B. Virgo illuminatrix Doctorum impe-
tra [illegible] lumen mihi Coeleste ut videam. S. Paule [illegible] [illegible]
intercede pro me indigno filio tuo. + Per te accessum habeamus.
Ave Maris stella. Ante Meditationem
Consule, [illegible] Sanctissime [illegible] [illegible] Meditationis [illegible] ad finem [illegible]
[illegible] [illegible] res ad [illegible] munere suo fungantur.
Memoria suggerere ad [illegible] [illegible], Intellectus penetrando occur-
rentes Veritates, Voluntas resolvendo se ad ea quae ad [illegible]
Dei gloriam et Voluntate esse videbuntur.
Post Exercitium
Offerre [illegible] [illegible] coram SS. Sacramento perficiendos agnoscens
te sine illo nil posse. Supplex exorare pro infinita Bonitate
[illegible] B.M.V. efficacem gratiam concessit [illegible] inspiratio-
num tuae cooperandum gratiae pro Beneficiis [illegible] dati
Tempore et modo et semper [illegible] [illegible] [illegible] Exercitia
Subjice [illegible] Deum laudamus

[illegible]

Prima die.

[illegible] 1 De [illegible] [illegible]

2 De [illegible] [illegible]

3 De [illegible] [illegible] [illegible]

4 De [illegible] [illegible] [illegible]

Secunda die.

[illegible] 1 De [illegible] peccati ex [illegible]

2 De [illegible] ex [illegible]

[illegible] [illegible]

3 De [illegible] [illegible]

[illegible]

4 De [illegible] [illegible]

Tertia die.

[illegible] 1 De [illegible] peccati ex [illegible]

2 De [illegible] [illegible]

3 De venialibus peccatis.

4 De [illegible] [illegible]

[illegible] die.

[illegible] 1 De [illegible]

[illegible]

2 De [illegible]

[illegible]

3 De [illegible]

4 De [illegible]

Illuminativa Via Die Quinta

[illegible] 1 De [illegible]

[illegible]

133

Sexta die

1 De poena damni
2 De filio prodigo
3 De dolo ...
4 De ...

Septima die

1 De ...
2 De ...
3 ...
4 ...

Initium Viae ... die

Beneficium Vocationis

1 De ...
2 De ...
3 De ...
4 De ...

Obedientia
Castitatis
Paupertatis

... die

Conformitas Voluntatis cum Deo

1 De ...
2 De beneficio ...
3 De ...
4 De ...

... die

1 De ...
2 De ...
3 ...
4 De ...

Distributio Excitationum ex Meditationibus ...

Singula puncta Meditationis indicant ut ... memoria ... possit ... in qua ...

1 Conditor ipse Deus tuus est 2 Natura Creatio

Eminet in religione 3 et pictura Deo est

2 Cuncta tibi ut subjecta subjaceat 2 Monstrante Creatura

Munere 3 ... ultro ... Deo

3 Elige quod unum est 2 Magnum ... frequenter

Finem animo 3 ... et amato ... Finis

Aspera saepe satis suadet 2 Deus ... ipse

Ne fuge 3 ... Vial.

1 O scelus ... Angele ... Angeli

Lapsus Adam 3 ... Adam

2 Omne ... est ... 3 ... Peccatum

Vilis ... 3 ...

Corporis ... 2 omnis ab illo

... 3 ... Dei

3 Noxa levis gravis est ... 2 ... favoris Veniale

Dona ... 3 ...

1 O mors certa incerta dies 2 quis ... Mors

Mortis erit 3 ...

2 Judicium certum fatale subit 2 Secreta patebunt

Omnia 3 Clarescent ... Dei

3 Supplicium Stygis horrendum 2 ... Infernus

Excruciant 3 ingens ... sine fine malum est. 15

1 Rex Regum tibi dux factus pugnantis uno Regnum Dei

2 Ut ... exemplo 3 ...

2 O Rex ... in carne ... Virgo ... Incarnatio

Perficit 3 ad ... mihi



Discipulis lavat pedes. Deus publica caena é Passione Xi.
2 Omne hodie te ma laudis habeo bonum.
... adit angorem. Suspit ... Supple
Patris ad arbitrium 3. Vincula sponte tollit.
... Annae Caiphasq. ... 2. Virgis Pilatus
Subjicit ac Spinis 3. mandatq. Cruci.
Lebonae ... Jugo moriens. Parente
Jomani ... 3. sub nece terra tremit.
... Dies de Creationis. Benef. Finc ... Creat.
De Peccatis.
De Miseriis ...
De Novissimis
De Vita ... Vicat ... De Judicio
De Humilitate Mortificatione Nativitas Christi
De Passione Xi. et Morte Ascen. Solitude Xi.
De Absoluta Resignatione ... Xi. Sequella necessaria ante Passione.
de Attributis Resurrectio, Ascensio. ...
de Caelestia ... Institutio SS. Sacram.
... pass. Med. 1. Lotio pedum. 2 Oratio in Horto
4. De Toleratis in domo Caiph. 3. Captivitas
5. Flagel. 6. Spinis Coronad. 7 Crucis Baiulatio
8. Crucifixio

